enim temporibus eiusmodi profectiones ad bellum fuerunt cum maximo detrimento et destructione miseroz colonorum, qui sunt omnium opum et virium Regni potissimum fundamentum, cumq prouocatione indignationis diuinae, quae cum alias semper, tum hoc periculosissimo tempore nobis est vitanda, et proinde vt et diuina grā et subditorum nroz tranquilitas et immunitas conseruaretur, neue prius ij pauperes homines quorū precibus et benedictione fulti, aduersus hostilem potentiam proficisci tutius deberemus, ita exulcerarentur, ut suis questibus et lachrijmis vindictam diuinam in nos prouocarent. Volumus vt iuxta Constitutionem Conuentus Bydgosriensis in Conuentu quem in N. proximo indiximus prntibus, omnes conueniatis, et ibi de tempore egressus sui de domibus vris deq modo at ordine proficiscendi, cum suis Consiliarijs capto consilio, quisq pro feria secunda intra Octauas proximè futuri in loco qui dicitur Kossowstaw inter oppida nra N. et N. sito, ubi et nos ipsi aderimus, non solum sumptū et laborem nrum sed etiam personam nram Regiam pro defendendo Regno et subditis nris exhibituri, armatus instructus et comitatus, pro sua facultate, sub amissione omnium bonorum suorū constituatur ad Regnum et patriam suam defendendam, ac ad eum ipsum locum, cum suo Castellano, sine subditorum nostroz spiritualium et secularium iniuria et incomodo, vti praemissum est, proficiscatur. Quandoquidē Castellanus ipse cuiuslibet Districtus habebit facultatem quam etiā illi damus praesentibus, eos qui temerariè excessus facerent, et damna hominibus inferrent, ordinationes antiquas in victu comparando, non obseruantes, puniendi. Quod si Castellani officium suum in hoc exequi neglexerint, et in profectione damna non prohibuerint, tunc tenebuntur damna passis, ipsa damna soluere, si reos nobis non detulerint, et nobis nihilominus pro poena negligentiae quatuordecim Marcas soluent. Palatini vero cum Castellanis ordinabunt Districtus, et Castellanis,

eos ducendos divident et deputabunt. Dum vero Castella-
nus cum suo Districtu movere se voluerit ad bellum ut una
omnes pergant debet Castellanus ipse locum suo districtui
deputare, et in loco competenti tentorium suum extendere, et qua-
tuor vel ad minus tribus diebus in eodem loco immorari, et tan-
dem progredi sine hominum iniuria, victualia quaevis ut Statuto
Piotrcovien cautum est soluendo. Et qui Nobiles ad diem il-
lam ad Castellanum non convenerint, aut cum eo profectionem
suam non continuauerint, soli vero absq Castellano ipso suo profici-
scentes si damnum cuipiam fecerint duplum eiusdem damni sol-
uere damnum passis tenebuntur. Ipse autem Castellanus cum suo
districtu proficiscens, statiua faciet cum Nobilibus non in Vil-
lis nec Oppidis sed prope illa, iuxta statutum Regni. Et si
rustici seu coloni commeatum et alia necessaria ad exercitum il-
lum conducere noluerint, ipse Castellanus ad vicinas Villas
familiares suos vel aliquos probos Nobiles mittet, qui necessaria
ipsa omnibus qui pro illis se contulerint distribuent, et curabunt
ut parata pecunia exsoluantur, modo et ordine infrascripto,
vizt fenum quantum unus equus portare seu trahere potest
soluatur, uno grosso, Quod duobus equis afferetur seu adduce-
tur, duobus grossis. Cassula siliginis una tribus groß. que-
nae unus chorus uno grosso, Cassula vero avenae duobus groß.
soluetur, bos media marca, bos vero aratorius tribus marcis
iuvenca atq jalowica sedecem groß. porcus duodecim groß.
aries seu muto tribus, duo aves uno grosso sex pulli galinacei
uno grosso. Et ne quispiam nrum de praemissis suam igno-
rantiam praetendat, volumus ut unus ad alium sibi vicinorem
praesentes ultimarum restium literas cum illas perlegerit quam pri-
mum transmittat, ultimus vero easdem loci Capitaneo repraesen-

tet. Sub amissione bonorum suorum nemo aliter facturus. Datum
ad mandatum etc.

Lrae ad Capitaneos de publicand ultimis lris restium et alijs lris contra homicidas

Sigismundus etc Gnose fidelis dilecte. Mittimus ad
F. tuam tertias et ultimas restium literas, mandamusq illi ut
ipsas absq mora ad Nobilitatem Capitaneatus sui mittat,
idq quod in illis per nos praecipitur, per publicas proclamatio-
nes in omnibus Civitatibus et Oppidis ipsius Capitaneatus sui die-
bus fororum, quae vero in alijs lris nris Universalibus quas
etiam cum praesentibus mittimus et quae apud tuam Fid. rema-
nere debent contra homicidas descripta et constituta sunt, ea
etiam ipsa Fid. tua exequatur. Pro officio suo et gra nra. Datum
ad mandatum etc.

Ad Castellanos.

Sigismundus etc Generose fidelis dilecte. Certiores facti Tur-
cos et Tataros magna vi ad invadendum Regnum nrum ac-
cinctos et paratos esse, et occurrere volentes periculo et casui
Reipub. tertias restium literas emisimus Volensq Bidgostien
satisfacere Conventus particulares de modo proficiscendi ordinato
absq damnis hominum agendos statuimus, Itaq mandamus F.
tuae, ut ad locum et diem in lris restium designatum districtus
sui cum Nobilitate conveniens, et ibi debita ordinatione profici-
scendi facta, cum ipso districtu suo ad locum Universis ter-

cis constitutum venire properet, Nam praesens iminens necessitas nullam omnino moram patitur, Pro gra nra aliter non factura. Datum.

ad mandatum etc

Ad Ciuitates et Oppida pro curribus bellicis.

Sigismundus etc Prouidi fideles dilecti. Certiores facti Turcos et Tataros magna vi ad inuaden Regnu nrum accinctos et paratos esse, et occurrere volen publica motione periculo et casui Reipub. ultimas restium literas emisimus, Mandamusq vobis, ut currus ad bellicam expeditionem per uos dari solitos et debitos cum peditibus rebusq et apparamentis necessarijs, ad locum ~~in~~ eisdem literis vltimaq restium vniuersis terris designatum et pro termino in illis descripto absq omni remoratione nobis mittatis. Pro gra nra aliter non facturi. Dat.

ad mandatum etc

Ciuitates et Oppida ad expedien currus bellicos obligata.

In Terra Posnamien

Posnania	Costen	Wschowa	Babimosth	Kostrzyn
Srzoda	Miedzyrzec	Squirzina	Czaplinek	Pobiedziska
Obornki	Srzem	Wielen	Mosina	Kopanicza
Rogozno	Kamien	Wronki	Krzywin	

In Terra Calissien


Kalisz	Stawiszyn
Konin	Pyzdry
Gnesna	Mogilno
Trzemesno	Odolanow.
Strzelno	Powidz
Kolo	Klecsko
Vsc	Wangrowiecz
Pila	Czarnkow
Nakiel	Krzywin
Rozmia	Grabow.
Landz.	

In Terra Syradien

Syradia	Wieluin
Wartha	Ostrzeszow.
Szadek	Przedborz
Radomskie	Suleiow.
Brzeznica	Piotrkow
Sczyrzow	Thuszyn.
Boleslawiec	

In Terra Lancitien

Lancitia	Dambrowicza
Klodawa	Zgierz.
Inowlodz	



In Terra Cuiauiae et Dobrzinen.

Iuniwladislauia
Brzescie
Przedecz
Lipno
Rypin
Bobrowniki
Nieszowa noua


Bydgoscza
Kowale.
Dobrzyn
Gniewkow
Nieszowa antiqua
Radziejow
Kruszwicza
Gambicze 15

Terra Masouiae hoc est Rauen. Sochaczouien. Gostinen. Plocen.

Rawa
Biala
Bolemow
Sochaczow
Mszczonow
Osmolin
Gambin
Gostinin

Plocsko
Plonsko
Bielsko
Mlawa
Wanszosz c
Raczionz


14



In Terra Cracouien.

Cracouia
Casimiria
Kleparz
Ilkuss
Bendzin
Wieliczka
Bochnia
Proszowicze
Scarbmiria
Dobczycze
Skawina
Chimbark
Ziwiecza
Chrzanow.
Mislimicze
Skala
Wolbram.

Miechow
Oswiecim
Czchow
Woynicz
Sandecz noua.
Sandecz antiqua.
Lipnicza
Biecz
Jaslo,
Cieszkowicze
Brzostek
Uscie
Dambrowiecz
Krzepicze
Slomniki
Lelow
Czestochowa
Klobucsko.



In Terra Sandomirien.

Wislicza
Opathowiecz
Koszyczki
Noua Ciuitas Korczyn

Stezycza
Rytczywol
Zwolen
Casimiercz
Wawelnicza

Szydlow
Busko
Stobnicza
Polaniecz
Osiek
Sendomiria
Zawichosth
Solecz
Skrzynno
Radom
Opoczno
Pilsno
Robczicze
Andrzeiow
Malogoszcz
Chenczinÿ
Radoszicze.

26.

In Terra Lublinen.

Lublin
Vrzendow
Lukow
Parczow.
Kozyrinek
Kurow.
Kocsko.

In Terra Sanocen.

Sanok
Krosno
Frystak
Zyrawa.

In Terra Chelmen.

Chelm
Crasnistaw
Lubomla.
Rathno
Rubieszow.

In Terra Belsen.

Belz
Grabowiecz.
Thyszowcze
~~Grodek~~ Hrodlo
Potylicz
Lubaczow.

In Terra Przemislien.

Przemislia
Drohobycz
Sambor
Striy
Mosciska
Wisznia.

In Terra Leopolien.

Leopolis
Grodek
Zydaczow
Dolina
Kamionka
Bobrka
Sczerdecz.

In Terra Podoliæ.

Kamieniecz
Colomija
Chmielnik

In Terra Halicien.

Halicz
Trembowla.

Palatinat^s Cracouien

Palatinatui Cracouien edicitur Conuentus in Proszowicze tribus ante Corczynen generalem diebus. Scribuntur l[itte]r[a]e

Episcopo Cracouien
Castellano Cracouien
Palatino Cracouien
Castellano Woynicen
Minoribus Castellanis duobus.

Ad Officiales vero et nobilitatem hor[um] districtuu[m].

Cracouiensem	24	
Sandecensem	15	
Biecensem	15	
Prossouien	12	Su[m]ma l[itte]ra[rum] 100
Lelouien	12	quarum duæ partes ad Nobiles
Czchouien	10	tertia ad [illegible]
Xiaznen	12	inscribitur.

Coniiciuntur autem in tres fasciculos, priori qui Capitaneo g[e]n[er]ali Cracouien vel in absentia eius Vicecapitaneo inscribetur, in includuntur districtus, Cracouiensis, Prossouien, Lelouien, Xiaznen, Czchouien cum literis ad Capitaneum eundem, Alteri qui Sandecen Capitaneo inscribetur, districtus Sandecen, et similiter districtus Biecen ei qui Biecen Capitaneo inscribetur.

Osuiecimen & Zathorien terra
quæ eodem Cracouien Palatinatu continentur.

Indicitur etiam ex praescripto eorum privilegij Conuentus in Oppido Zathor, tribus ante Proßouien diebus, quo in Conuentu vnus eligitur nuncius et mittitur ad Conuentum Proßouien. Nuncius tamen a Rgia Mte ad eum Conuentum ad eum Conuentum non mittitur. Scribuntur aut lrae

Ad Castellanum Osvvieczimen.

Ad Nobilitatem Officialesq vtriusq Districtus 24
quae includuntur fasciculo, et mittuntur ad Capitaneum Osvvieczimen uel Cracouien generalem.

Palat. Sendomirien.

Sendomirien Palatinatui edicitur Conuentus in magna Opathow in sequentem post Proßouien diem. Scribuntur literae.

Palatino Sendomirien
Castellano Sendomirien.
Minoribus Castellanis 7

Ad Officiales et Nobilitatem horum Districtuum.

Sandomirien	24	
Chenedinen	12	
Vislicien	15	
Pilsnen	12	
Opocznen	15	Sum̄a lrarum 108
Radomien	15	
Stesycen	15	

Includuntur autem in fasciculos sex. In primum districtus Sendomirien. In secundum Radomien. In tertium Stezycen. In quartum Opocznen. In quintum Chencinen. In sextum vero Vislicien et Pilsnen, et inscribuntur ad sui quisq loci Capitaneum. Vislicien autem cum Pilsnen ad Capitaneatum Nouae Ciuitatis Korczyn, cum literis ad eosdem Capitaneos.

Palat. Russiae.

Tribus in locis in Palatinatu Russiae celebrari solent particulares Conuentus. Primum quidem in Oppido Wiszna, trium eiusdem Palatinatus Terrarum, Leopolien, Praemislien et Sanocen. Scribuntur literae.

Archiepiscopo Leopolien
Episcopo Praemislien ~~[illegible]~~
Palatino Russiae.
Castellanis minoribus tribus.

Ad Officiales et Nobilitatem horum districtuum

Leopolien	24	
Zydaczouien	12	
Praemislien	24	
Strijen	12	Sum̄a lrarum 132
Samborien	12	
Sanocen	24	
Praeuorscen	12	
Drohobicen	12	

Conjciuntur in quatuor fasciculos, Priori includuntur Districtus Leopolien Stryien Samborien et Drohobicen, qui ad Leopolien Capitaneum inscribetur, Secundus erit ad Zydacsouien Capitaneum cum literis eius districtus. Tertius ad Præmislien, in quem Przemislien et Przeworscen districtus lrã imponentur. Quartus Sanocen Terræ ad eiusdem loci Capitaneum.

Alter in eodem Palatinatu Conuentus particularis Haliciæ ex præscripto Constitutionis Varsauien Anni 1563 celebrari consueuit. Indicitur autem septem ante Visnien diebus. Scribuntur lrã

Castellano Halicien

Ad Officiales et nobilitatem districtuu

Halicien 24
Trembowlien 16 Suma lraz 40

Conjciuntur in duos fasciculos. vnus erit conscriptus Capitaneo Halicien et in absentia eius Vicecapitaneo, in quo ad Halicien districtum lræ continebuntur. Alter erit ad Trembowlien Capitaneum uel ipsius Vicecapitaneum cum eiusdem districtus literis.

Tertius in Palatinatu Russiæ Conuentus particularis Terræ Chelmen edicitur in Oppido Chelmo Scribuntur lræ

Episcopo Chelmen.
Castellano Chelmen.

Ad Officiales et nobilitatem duoz districtuum.

Chelmen 20
Crasnostauien 15 Suma lraz 35

Conjciuntur in duos fasciculos, qui ad Chelmen et Crasnostauien inscribuntur

Palt Podoliæ

Edicitur Palatinatui Podoliæ Conuentus Cameneciæ scribuntur lræ

Episcopo Camenecen
Palatino Podoliæ
Castellano Camenecen

Ad Officiales et nobilitatem hoz districtuu

Camenecen 18
Laticzouien 10 Suma lraz 28

Conjciuntur in duos fasciculos, alter continebit lrãs ad Camenecen districtum alter vero ad Laticzouien, vterq fasciculus inscribitur Capitaneo Camenecen et in absentia vtriusq loci Vicecapitaneis, vtrobiq enim Capitaneus Camenecen suos Vicecapitaneos habet.

Palatinat Lublinen

In eo Palatinatu Conuentus haberi solet Lublini, Scribuntur lræ

Palatino Lublinen
Castellano Lublinen.

Ad Officiales et Nobilitatem Districtuum.

Lublinen 20
Lucouien 18 Suma lrarum 50
Vrsendouien 12

Conjciuntur in duos fasciculos Lublinen et Vrzendouien districtuum ad Lublinen, Lucouien ad Lucouien Capteos

Palt[o] Belsen

Edicitur Belsensi Palatinatui Conuentus in Belz
Scribuntur lrae.
Palatino Belsen
Castellano Belsen.

Ad officiales et nobilitatem horum districtuum.

Belsen 20
Buscen 10 Suma lrarum 50
Grabouiecen 10
Hrodlen 10

Includuntur quatuor fasciculis, et quisq fasciculus ad sui loci Capitaneum inscribitur literis etiam ad Capitaneos vbi superius est demonstratum de publicando Conuentu et dimittendis ijs literis ad officiales et nobilitatem praecipuam impositis.

Sunt tres praeterea Palatinatus. Kijouien Volinen et Braczlawien non ita pridem restituti ad Regnum a quo erant diuulsi, ijs Palatinatibus indicuntur etiam Conuentus particulares, Verum lrae ad eos dantur Ruthenico idiomate et Ruthenicis lris. Indicuntur autem illis Conuentus hoc modo.

Palatinatui Kijouien edicitur Conuentus Kijouiae vel Zythomiriae, scribunturq lrae sequentes Ruthenica inscriptione sed intus Polonico idiomate impressae.

Episcopo Kijouien.
Palatino Kijouien
Castellano Kijouien.

Ad Officiales et nobilitatem lrae 24

Conjciuntur in fasciculum inscriptum Capitaneo Kijouien et in absentia Vicecapitaneo.

Palatinatui Volhinen

Indicitur Conuentus Luceoriae scribuntur lrae
Episcopo Luceorien
Palatino Volhinen
Castellano Volhinen

Ad Officiales et nobilitatem

Lucen 24
Wlodimiriensi 24 Suma lrarum 72
Krzemenecen 24

Conjciuntur in tres fasciculos ad quemlibet praedictorum Capitane-

orum unius districtus literis inscriptis.

Palatinatui Bracslauien indicitur Conuen:tus Bracslauiae. Scribuntur lrae

Palatino Bracslauien

Castellano Bracslauien.

Ad Officiales et nobilitatem lrae 24

Conijciuntur in fasciculum qui inscribitur Capteo Bracslauien.

Terrarum Prussiae

Episcopo Varmien Praesidi dantur seorsim.

Paltat Pomeraniae,

Palatinatui Pomeraniae indicitur Conuentus Dirsauiae Scribunturq literae Latinae

Ad Palatinum Pomeraniae	Greuen	Dirsauien
Ad Castellanum Gedanen et minor Ciuit	Dzouen	Capteo In
ad Ciuitatem Gedanen	Sluchowien	cen Noui
ad Succamerarium Pomeraniae	Stargardi	
	Tucholien	
	Choinicen	
	Suecen	

Hae omnes in uno fasciculo inclusae sunt et inscriptae D. Pala:tino Pomeraniae.

Palatinatui Culmen

Indicitur Conuentus particularis Radzini, Scribuntur lrae

ad Episcopum Culmen seorsim illi mittuntur,

ad Palatinum Culmen	Brodnicen
ad Castellanu Culmen	Graudentin
ad Ciuitatem Thorunen	Koualowien
ad Succamerariu Culmen	Nouae Ciuitatis
	Golubien
	Radzinen.

Hae omnes includentur in fasciculum et inscribunt Palto Culmen

Palatinat Mariaeburg

Palatinatui Mariaeburgen indicitur Conuentus Stumae.

Scribuntur literae, ad

Palatinum Mariaeburgen

Castellanum Elbingen

Succamerarium Mariaeburgen

Ciuitatem Mariaeburgen et Elbingen, Stumen Capteo Kissouien

Omnes includuntur ad Palatinu Mariaeburgen.

ORDO
Consiliariorum Regni quem in Palatinatibus ab antiquo observare et loca habere soliti sunt Tum et singulorum Palatinatuum Officiales. Districtus et Capitaneatus iuridici

MAIOR POLONIA

In Palatinatu Posnanien

Do: Episcopus Posnanien
Palatinatus Posnanien
Castellanus Posnanien
Castellanus Miedzyrzecen
Castells. Rogosnen
Castells Sraemen
Castells Przemeten
Castells Krdzywinen
Castells Santocen.

Eiusdem Palatinatus Posnanien Officiales
Succamerarius.
Vexillifer
Pincerna
Structor
Dapifer
Subdapifer
Tribunus
Judex
Subiudex
Notarius
Venator

Districtus in eodem Palatinatu.

Posnaniensis.
Costensis.

Capitaneatus iurisdiction habent

Posnamien
Costen.

Terra Wschouen eiusdem Palatinatus in hac est Capitaneus iurisdictionem habens

Wschouen.

Eiusdem terrae Officiales

Succamerarius
Judex
Subiudex
Notarius

In Paltu Calissien

D. Archiepiscopus Gnesnen
Palatinus Calissien
Castellanus Calissien
Castells. Gnesnen
Castells Landen
Castells Naclensis
Castells Biechouien
Castells Camenensis

Eiusdem Palatinatus Calissien Officiales

Succamerarius
Gladifer

Pincerna.
Struchor,
Dapifer
Subdapifer.
Tribunus
Judex
Subiudex.
Notarius
Venator

Districtus eiusdem Palatinatus et Capitaneatus

Calissien
Gnesnen
Pyzdren
Coninen
Rezcinen
Naclensis.

In Paltu Syradien

Palatinus Syradien
Castellanus Syradien
Castells Rosperien
Castells. Spicimirien
Castells Vielunen
Castells Conarien.

Palatinats Syradien Officiales.

Succamerarius
Gladifer
Vexillifer maior
Vexillifer minor

Pincerna
Dapifer
Tribunus
Judex
Subiudex.
Notarius.
Venator.

Districtus euisdem Palatinatus.

Syradien.
Sobadkouien
Piotrouien
Radomscen.

Capitaneatus iurisdictionem habens vnus
Syradiensis.

Terrae Vielunen euisdem Paltus

Succamerarius.
Vexillifer
Judex
Subiudex
Notarius.

Districtus et Capitaneatus iuridici
Vielunen
Ostrdossouien.

In Palatinatu Lencitien

Palatinus Lencitien
Castellanus Lencitien
Castellanus Brzesnien
Castellanus Inowladislauien
Castellanus Conarien

Euisdem Palatinatus Lencitien Officiales

Succamerarius
Vexillifer
Pincerna.
Dapifer
Tribunus
Judex
Subiudex
Notarius
Venator.

Capitaneatus iurisdictionem habens vnicus.
Lencitiensis.

Districtus vero tres
Lencitien
Brzeznien
Orlouiensis.

In Paltu Brzesten

D. Epus Wladislauien
Palatinus Brzesten
Castellanus Brzesten
Castellanus Crusuicien
Castellanus Couallien
Castellanus Conarien

Euisdem Palatinatus Brzesten Officiales

Succamerarius.

Thesaurarius
Pincerna
Dapifer
Tribunus
Vexillifer
Judex
Subiudex
Notarius.

Districtus eiusdē Palatinat^s et Capitaneat^s iurisdi-
ctionem habens.

Broestensis
Crusuicien
Covalien
Przedecen.

In Paltu Inniuladislau^n

Palatinus Inniuladislauien
Castellanus Inniuladislauien
Castellanus Bydgostien
Castell^s Conarien.

In terra Dobrzyn

Castellanus Dobrzinen
Castell^s Ripinen
Castell^s Sloren

Eiusdem Palatinatus Inniuladsl^n Officiales

Succamerarius
Gladifer
Vexillifer

Pincerna
Dapifer
Tribunus
Judex
Subiudex
Notarius.

Capitaneatus et Districtus eiusdē

Inniuladislauien
Bydgostien

In Paltu Plocen

D. Epus Plocensis
Palatinus Plocen
Castellanus Plocen
Castell^s Raciaznen
Castell^s Sieprcen

Eiusdem Palatinatus Plocen Officiales

Succamerarius
Vexillifer
Pincerna
Dapifer
Judex
Subiudex.
Notarius
Tribunus

Capitaneatus iurisdictionē habens unicus

Plocensis.

Terra Zawkrzen eiusdem
Palatinatus Plocensis
Eiusdem terrae Officiales
Iudex
Subiudex.
Notarius.
Districtus vero
Zawkrzen
Mlawen
Szremen.

In Paltu Masouiae
Palatinus Masouiae
Castellanus Czernen
Castells Visnen
Castells Varssauien
Castells Vissegroden
Castells Zakrocimen
Castells Ciechanouien
Castells Liuien.
Eiusdem Palatinatus Terrae et singular Terrar Officiales Districtus et Capitaneats iurisdiciond habentes.
Territorium seu Districtus Czernen
Eiusdem Districtus Officiales.
Succamerarius
Iudex.

Subiudex.
Notarius
Pincerna
Subpincerna
Vexillifer
Dapifer
Subdapifer
Thesaurarius
Tribunus.
Capitaneatus iurisdicionem habens
Czernen.
Praefecturae absq iurisdictione
Lathouicen
Garuolinen
Osieczen

District Visnensis.
Eiusdem districtus Officiales
Succamerarius
Iudex
Subiudex
Notarius
Pincerna
Subpincerna
Dapifer
Subdapifer
Thesaurarius
Tribunus
Venator

Forum septimanalae Visnae die martis.

Capitaneatus iurisdictionem habens unus
Visnensis.

Territoriu Varsauien

Euisdem Territorij districtus duo.
Varsauien
Cuius hi sunt duo Officiales.

Succamerarius
Judex
Subiudex
Pincerna
Subpincerna
Dapifer
Subdapifer.
Vexillifer
Thesaurarius
Tribunus.

Forum septimanale Varsauiæ die Jouis.

Capitaneatus iurisdictionem habens unus
Varsauien.

Secundus Nurensis district

Cuius hi sunt Officiales.

Succamerarius
Judex
Subiudex.
Notarius
Pincerna

Foru septimanale in Nuw die Martis.

Dapifer
Vexillifer
Tribunus

Capitaneatus iurisdictionem habens unus
Nurensis. Pertinet autem ad Varsauien. Idem enim fit Nurensis qui Varsauien Capitaneus.

District Vissegradz

Cuius hi sunt Officiales.

Succamerarius
Judex
Subiudex.
Notarius.
Pincerna
Dapifer
Vexillifer
Tribunus

Capitaneatus iuridicus unus.
Vissegradien.

Dct Zacrocim

Cuius hi sunt Officiales

Succamerarius
Judex
Subiudex
Notarius
Pincerna
Subpincerna
Dapifer
Subdapifer
Vexillifer
Thesaurarius
Tribunus.

Capitaneatus iurisdictionem habens
Zakroczimen.

D. Ct Czięchanow

Succamerarius
Judex
Subiudex
Notarius
Pincerna.
Subpincerna.
Dapifer
Subdapifer
Vexillifer
Thesaurarius
Tribunus

Forum septimanale in Czięchanow die


Capitaneatus iuridicus vnus
Czięchanouien.

Dict' Lomzen cu Colnen

Cuius hi sunt Officiales.

Succamerarius
Judex
Subiudex
Notarius
Pincerna
Dapifer
Tribunus
Venator

Foru septimanale Lomzae die Lunae



District Ostrolecen cum Zembrouien

Judex
Subiudex
Notarius.

Capitaneatus iurisdictionem habens
Lomzen.

Rozanen cu Macouien

Succamerarius
Judex
Subiudex
Notarius.
Tribunus.

Forum in Rozan die Saturni.

Capitaneatus iuridicus Rozanen

District Liuen

Succamerarius
Judex
Subiudex
Notarius
Vexillifer
Tribunus

Forum in Liw die Jouis.

Capitaneatus iuridicus vnus
Liuensis

In Palatinatu Rauensi,

Palatinus Rauen.
Castellanus Rauen.
Castell.s Sochac Zowen.
Castell.s Gostinensis.

In Palatinatu hoc sunt districtus tres quilibet habet suos Officiales

Districtus Rauen. Officiales

Succamerarius
Vexillifer
Pincerna
Subpincerna
Dapifer
Subdapifer
Iudex
Subiudex
Notarius
Tribunus.

Districtus Gostinen. Officiales

Succamerarius
Vexillifer
Pincerna
Dapifer
Iudex
Subiudex
Notarius
Tribunus.

mae quae penes eam est authoritatis, et in primis quod nolemus datum cuiquam per nos locum esse aliter de ijs rebus ad S.tem eius perferendi.

Atque ut per nos hoc loco silentio praetereatur, quae nobis necessitudo cum R.mo D. Archiepiscopo intercedat, quaeve sanguinis coniunctio cum universa domo Brandeburgen. pro qua tamen illi nos deesse non debere existimaremus. Eas tantummodo causas voluisse nos S.ti illius exponere, quae ad fidem officiumque nrum Archiepiscopatus Ecclesiaeque Rigen. tuendae pertinent.

Cum enim (ut rem ab initio repetamus) primum omnis illa Regio in ditione Archiepiscoporum esset, atque illi finitimas Regiones, barbarae tum atque ab agnitione veri Dei alienae gentes incolerent, earum assiduis bellis atque incursionibus adductos Archiepiscopos ex Germania Ordinem hunc Theutonicorum quo ipsis auxilio esset accivisse, sedesque illis atque ditionis partem attribuisse. In sequenti autem tempore qui propugnatores Archiepiscoporum atque Ecclae esse debebant, longe graviores eis hostes esse coepisse, quam illi ipsi fuerunt, adversus quos eorum praesidia expetita initio erant, Itaque cum gravior Archiepi ordo esse coepisset, neque illis satis ad resistendum virium esset, maiorum nrorum magnorum Ducum Lithuaniae protectioni Archiepiscopatum Ecclesiamque Rigen. per summos Pontifices commendatam fuisse. Qua quidem illorum in protectione, dignitatem eius incolumem hactenus permansisse, tametsi reditibus illius magna parte accisis, quod ei antecessoribus nris, sive alijs bellis, sive Reipub. suae cura occupatis, adversus omnem iniuriam, auxilium eorum non semper praesto esse potuerit, Cum autem tempore quodam omnis Archiepiscopatus armis ab Ordine possessus annos fere quadragmta teneretur, maiorum nostrorum ope, ad pristinam dignitatem restitutu

fuisse. Atq etiam recentiore memoria, cum isthic magister Principu sibi locum uendicaret, Diuorum Alexandri patrui et deinde Sigismundi parentis nri Regum Poloniæ authoritate ius Archiepiscopi defensum esse. Neq uero deinde aut Magistrum et Ordines oppugnare dignitatem Archiepiscoporum unquam destitisse, maxime uero hoc tempore quo sese ab Eccla Catholicæ unitate seiunxerunt, aut rursum Archiepiscopis ad dignitatem suam obtinendam, maiorum nostrorum aut protectionis fidem, aut opis, auxilium defuisse. Qua in re eo etiam maius extitisse illorum studium, quod id ad totius illius Prouinciæ salutem pertinere iudicabant, quam quidem uidebant coniunctione atq concordia illorum contineri, Moscho perpetuo ac præpotente illorum hoste eis imminente. Cu quidem illis inter se domestico bello conflictantibus, occasionem ad eos opprimendos datum iri intelligebant, quod si accidisset aliquod etiam finibus suis periculum ex eorum uicinitate impendere iudicabant, Itaq eos et fidem protectionis sequutos, et propositam habentes status comunis rationem, id semper egisse, ut integrum Archiepiscopi atq Ecclesiæ ius esset.

Superiore uero anno cum Rndo D. Archiepiscopus instituisset sibi Coadiutorem Archiepiscopatus cooptare Illrem D. Cheistophorum Ducem Megapolen, atq eam ad rem assensum Magri et Ordinis requireret, delatas illo eius rei ab ipsis conditiones fuisse, cum impossibiles, tum nequaq ferendas, atq adiecta armorum comminatione, si de causa cooptandi Coadiutoris, illis conditionibus prætermissis quicquam agere conaretur.

Ac ne ea comminatio inanis uideretur, confestim missos ab illis in Germaniam fuisse, qui copias agerent, atq eas cum per ditiones nras non possent, mari in Liuoniam deportarent.

Quæ cum Rndmus D. Archiepiscopus aduersus se parari com-

perisset, certiores nos hisce de rebus fecit, orauitq, ut sibi aduersus iniustam Magistri atq Ordinis vim auxilio essemus, ab se quidem nullas armorum causas profectas esse, aut si quas profectas aduersarij docere uelent de ijs non recusare sese legitimi sacrosanctæ Sedis Aplicæ aut Cameræ Imperialis iudicij cognitionem.

Quibus rebus cognitis, et si et pro ea necessitudine, quæ nobis cum eo intercedit, et pro fide protectionis maiorum etiam nrorum exemplo, deesse nos illi non debere statueremus, tamen pacis communis studio, atq rem ad paccatas rationes deduci cupientes, misisse nos ad utrosq Legatos nros, qui agerent de eis ab armorum contentione reuocandis atq de traducendis ad ltmas iuris sui persequendi vias, quique monerent, quantum periculorum illis a Moscho communi eorum hoste ipsis domestico bello inter sese decertantibus impenderet, qui prope singulis ac ceruicibus eorum impendens, hanc maxime oportunam occasionem ad eorum regionem armis opprimendam habiturus esset.

Quam legationem et æquam et ad comunem rerum statum in primis accomodatam, ita acceptam a Magro atq Ordine esse, ut graues quoq in nos iniurias cumulauerint. Nam eum quidem Legatum quem ad illos miseramus, sine ullo certo responso dimissum fuisse, alterum qui ad Rndm D. Archiepiscopum profectus a nobis fuerat, aduersus fœdera atq contra gentium ius ab hominibus Magistri in itinere interceptum, atq cum comitatus sui parte nefarie interemptum, ipso Magro id uel iubente vel certe facinus probante, cum non modo in eos quos cædem illam fecisse constabat, nullis supplicijs vindicaretur, sed etiam si qui ex Comitatu Legati nri incolumes manserant, cum rebus suis omnibus in hunc usq diem ab ipsis retineantur.

Inde confestim ab illis imperata hominibus suis arma fuisse, obsessum Rndm D. Archiepiscopum atq militum, qui in præsidio Arcis fuerant, deditione facta, in potestatem eorum redactum. mox tandem

omni Archiepiscopatu potitos esse atque etiamnum potiri.

Itaque et iuris gentium in Legato nro per eos uiolato iniuria ab ipsis accepta, et Rmo D. Archiepiscopo iniusta indignaque calamitate per eos affecto, cum incumbere nobis officium intelligeremus, ut hæc armis atque bello persequeremur, iam pridem arma sumere constitutum nobis fuisse. Cæterum cum apud nos Serenissimus primum Daniæ Rex per Legatos intercessisset, Deinde Serenissimus et Excellentissimus Do: Rom. Rex, socer nr obseruantissimus et Sacri Romani Imperij Ordines. (quorum hoc tempore quoque Oratores de conditionibus pacis inter nos atque Liuones agunt) atque ij a nobis contenderent, ut prætermitteremus tum de Rndmo D. Archiepiscopo restituendo, tum de iniurijs nris sarciendis cum Liuonibus ab se agi. Itaque et pro nro pristino instituto, quo nihil unquam antiquius pace Christianitatis habuimus, et ut tot Principum in ijsque multorum nobis propinqua necessitudine coniunctorum autoritatem ualuisse apud nos declararemus, assensos nos fuisse, passosque suscipi ab illis negotium si quid componi aut constitui per conditiones potuisset.

Porro cum in præsentia et tempus extrahi, et eorum quæ compositionem spectant, exiguam spem videremus, existimare nos nequaquam committendum nobis esse, ut uel ad nram iniuriam persequendam, uel ad vindicandam Rndmi D. Archiepiscopi calamitatem longior expectatio apponeretur, Itaque statuere nos armis iam utendum nobis esse, confidereque Deum opt. maxmo auxiliatorem nobis adfuturum, illorum iusto planeque necessario officio susceptorum.

Voluisse autem nos cum iam in procinctu essemus, hæc ad Stem illius referre, tanquam ad supmum Christi Vicarium, præsidem, gubernatoremque rerum Christianarum, cum ut in eo tributus per nos Sti illius honos et obseruantia debita intelligatur, tum ut Stas eius æquitate causæ nræ qua arma sumpsimus perspecta, intelligat, probetque, nequaquam per nos bellum excitatum, aut pacem Chrianis in his partibus perturbatam esse, sed quicquid contigit inimicorum temeritate et grauibus iniurijs contigisse. Nos quidem nulla vnquam re ad pacem defuisse, omneque Principis Christiani officium semper a nobis in eo cumulatè præstitum esse. Idque quemadmodum semper et non obscure præ nobis tulimus et omni diligentia vsi sumus, ut in eo nostrum studium et officium constaret, ita ne nunc uelemus, datam cuiquam per nos suspicandi occasionem. hæc quæ fiunt quæque futura sunt, nostra voluntate aut studio suscepta esse.

Superest autem nos, ut cum omnibus Chrianis Principibus purgati hoc nomine simus, tum in primis Sti illius, ad quam et magis hoc pertinere putamus, et nra plus interesse intelligimus. quod Stas illius de nro erga res Chrianas animo iudicium sit.

Polliceri autem nos ac deferre, Sti eius studium officiumque nrum ad omnia quæ uel dignitatem Reipub. Christianæ uel statum ac tranquilitatem attingant.

Aget item Orator nr, cum anno superiore Rndo in chro pater D. Nicolaus Dzierzgowski Archiepiscopus. Gnesnen. sumere sibi Coadiutorem Archiepiscopatus instituisset, Rndum Ioannem Przerebski, Regni nostri Vicecancellarium Decanum Cracouien. libenter id nos illi assensu nro detulisse, cum quæ Archiepiscopo uel ad Reipub. munera sustinenda, uel ad Ecclesiasticam rationem perturbatam hoc tempore, tuendam inesse debent, ea nobis continue nris Reipub. negotijs gerendis cumulate probauerit, ut in non dubiam spem veniamus eius grauitatem, consilium, uirtutem, cæteraque uel fortunæ uel ingenij adiumenta, tum ad Reipub. statum tum ad religionis ac disciplinæ Ecclesiasticæ rationem conturbatam, moderandam maxime accomoda fore. Itaque scripsisse iam pridem nos ad Stem eius, atque ab ea postulasse ut eam illius, ad munus Coadiutorium cooptationem comprobaret, ratamque haberet. Hactenus tamen nihil ea de re

constitutum à Ste eius esse. Quod etsi contigisse occupatione Stis eius facilè existimemus, tamen iterum nos a Ste eius postulare, ut tandem constituat, remq omnem comprobet, neq in eo longiorem moram apponi patiatur. Facturam Stem eius esse rem cum nobis gratam tum Ec. utilitati Ecclesiæ maximè coniunctam.

Venerabilis deuote nobis dilecte. Quod d. tua in mandatis dederamus, ut ad Sanctmum D. N. deferret, quibus causis adducti arma aduersus Liuones susceperamus, atq ut in eo exponeret, quantopere consilia nrã à bellis Christianis abhorruerint, tum id uel maximè ad Christianorum Principum officium pertinere iudicaremus, eos cum alias semper tum in primis hoc tempore quo communis Christianorum hostis vniuersis eorum ditionibus iminet, quam maximè et animis et viribus coniunctos esse, neq domesticis bellis et Christianitatis vires atterere, et communi hosti ad id quod studet quodq molitur, ut Christianorum Prouincijs iugum seruitutis imponat, occasiones præbere. Itaq cum id propositum nobis semper esset, ita nos ad ea arma descendisse, ut si de eis causis quibus suscepta per nos fuerant, conditiones à Liuonibus acciperentur, pacem cui semper consultum voluimus, aspernaturi non fuissemus. Id quod hoc tempore Serenmo atq Excellentmo dnõ Romanorum Regi atq Sacri Imperij Romani Statibus intercedentibus per Dei benignitatem confectum constitutumq D. tua dicet, Nam et Rndmum Dnum Archiepiscopum Rigen. cuius potissimum iniuriæ uindicandæ causa sumpta per nos arma fuerant, integrè ad sua omnia restitutum esse, et de ijs rebus quæ ab ipsis profectæ in nos

erant, per conditiones transactum compositumq et pacem mutuam fœderibus firmatam.

Intellexiмus Smum D. N. difficilem se præbere de causa Coadiutoriæ qua Rndus D. Joannes Przerebski nominatus Episcopus Chelmen. Regni nri Vicecancellarius ad Archiepiscopatum Gnesnen. cooptatur, id quod sanè uehementer sumus mirati, cum id quidem non tam eius quam Eccliæ comodo factum à nobis esset, ut id muneris ad eum non modo non ambientem sed etiam reluctantè deferremus, atq cum turbulento hoc tempore quo cum omnium Ecclesiarum tum earum maximè, in quibus cæterarum præterea status atq ratio continetur, omnis uacatio periculosa est, id in primis ad utilitatem Ecclæ pertineat, anteuerti, atq constitutum esse, in quem successio muneris nulla interruptione continuetur, sed utut est, eam causæ Coadiutoriarum non tam iuris necessitate, quã gratiâ quadam constent, aget d. tua diligenter, ut res confici possit explicabitq id ad rationem atq tempus Ecclæ cum primis accomodatum fore atq postulabit nrõ nomine, ut in eo Stas illius difficilem se præbere nolit.

Quod si præfractè in sententia perstabit, dicet d. tua etiam si negatum illi de causa Coadiutoriæ erit, tamen nos cum Archiepiscopatum uacare contigerit, neminem alium nominaturos esse neq passuros ut cum publicè à nobis designatus iam ad Archiepiscopatum sit, quicquam illi negotij in eo fiat, veremur autem ne quam Stis eius de eo Coadiutoriæ negotio difficultatè mouet, eandem factura sit in Rndo D. Jacobo Vchanski Episcopo Chelmen. ad Cuiauien. Episcopatum, atq in eo ipso Rndo D. Joanne Przerebski nominato Episcopo Chelmen. Regni nri Vicecancellario, ad eundem hunc Chelmensem renunciando.

Quod si accidat aget d. tua nrõ nomine postulabitq ut eos pri;

mo quoq tempore et absq difficultatibus Episcopos pronunciare digne-
tur, dicetq d. tua nullius magis quam nra interesse, ad quos potissi-
mum Episcopatus Regni nri deferantur, neq id modo propter ratione
Ecclesiasticam, (quae et ipsa per se et quod eius perturbatio magnorq
in Regno nro motuum causa existere possit, ad neminem magis po-
test quam ad nos pertinere) sed etiam quod ipsi legibus Regni Prin-
cipem in Senatu locum obtineant, ad quem ut quam probatissimi legan-
tur, tum nra tum Reipub. nrae causa curae in primis nobis esse. Qua
officij nri necessitudinem cum et intelligeremus et meminissemus, semper
nominatos a nobis esse viros, quorum integritas, consilium, fides probata
nobis esset, et quos Ecclesijs pie sancteq praefuturos esse iudicabamus.
Qui si ullius rei quae aliena a tanti muneris dignitate sit notam sustine-
rent, non modo eos ad hosce sumos Ecclesiarum administrandarum
honores vocaturi non eramus, sed etiam nullum in Senatu atque
in obsequijs nris locum eis esse passuri essemus. Porro cum et vita
et mores et religio eorum spectata omnibus in omni officio esset, postu-
lare nos a Ste eius, ut nostram de eis nominationem ratam habere
uelit, atq ut in eo consulendum esse statuat praesentis temporis rationi-
bus alioquin turbulentissimis et quarum grauiores etiam motus, si
Ss eius tanta seueritate utendum sibi putauerit, expectandi sunt.
Quod si Ss eius negare pergat, contestabitur d. tua, posteaquam
illi res Eccliae Regni nri curae non sint, neq eius tranquillitati
prospiciendum esse existimet, nos suscepturos eius rei curam esse,
inituros rationem qua ibi idem sint nobis Regnoq nro Episcopi
futuri. Quod si ij absq Stis eius approbatione Episcopatus susci-
pere nolint, nos eosdem delaturos ad alios esse, quorum opera
et dignitate si minus in Ecclesiasticis officijs, saltim in Senato-
rio munere atq in functionibus Reipub. vsuri sumus; Deum
autem iudicem fore, per quem accidet, ut Ecclesiae suis pastoribus
sacrisq solennibus destituantur. Tametsi quod eam quoq partem

attinet non ignoremus quid veteribus Canonibus constitutum sit. Dicet
item d. tua tentatum id iam pridem esse temporibus D. aui
nostri a Pio secundo, et parentis nri ab Adriano Sexto, atqz
item a nonnullis alijs Pontificibus, qui Episcopatus Regni nri ad
alios quam qui eis ab antecessoribus nris nominati erant, defer-
re conabantur. In quo tamen facile ab eis ius suum defensum
est, neq unquam honores Episcoporum consequuti sunt alij quicquam
praeter eos ad quos a maioribus nris delati fuerunt. Quod idem nos
quoq passuros non esse, ut ex iure nro detractum nobis deroga-
tumq quicqz videatur. Qua tamen contestatione d. tua non ante
utetur, quam constiterit Stem illius in neganda renunciatione
perstare, atq d. tua de omnibus rebus consilium cum Rndmo
D. Jacobo Puteo Cardinali atq Regni nri Viceprotectore
communicabit. Vilnae XV octobris.

Przerembius Epus Chelmen. Cardin. Carafae.

Illme ac Reuerendme in Chro Pater et Dne dne colendmi
Obsequia mea ad Illmam et Rndmam D. V. defero. Literis
quas ad me superiori tempore dedit, Venabilis D. Martinus
Tharnawski Scolasticus Volborien. et S. R. Mtis in Vrbe a-
gens cognoui, quanto studio Illma ac Rndma D. Vra apud
S. D. N. usa sit de causa mea Coadiutoriae Archiepiscopatus
Gnesnen. quam ille Illmus ac Rndmus D. Jacobus Puteus
S. R. Romanae Cardinalis comendauerat. Quod quidem ego, etsi
non tam ab Illma et Rndma D. Vra mihi tributum esse
existimem quippe qui non modo nihil de ea meritus, sed ne co-
gnitus ei quidem sim, quam S. R. Mti, quae me in eum locum
nedum non ambientem sed recusantem etiam protrusit, cui Illm.

ac Rnd^m Pat^s V^m ut multis antea in rebus, studium operamq in eo suam nauare uelle non dubito, euismodi tamen hoc illius stu;dium duco, ut magnam eius partem ad me pertinere existimem, cu;uis quidem ut gratum me declarem, si aliorum erga Illmam ac Rnd^m Pat^s V^m officiorum potestas mihi non erit, saltem humanitate illius prædicanda conabor, Quod autem S. D. N. cun;ctantius sibi de causa mea statuendum atq in ea tanta prola;tione temporis utendum existimet, nihil in eo mihi molestum acci;dit, atq etiam magno consilio a S^te eius fieri iudico, quod pro suo pastorio officio, nemini facile manus imponi oportere statuat Itaq quæ semper mea in sacrosanctam Aplicam sedem obseruan;tia constitit, eadem nihilo minor deinceps quoq extabit, neq mora hæc quæ negotio meo affertur, in ullius iniuriæ loco a me ponitur, quæ ad pristinam meam in illam obseruantiam ulla parte imu;tandam ualere debeat, Illud plane ~~fero~~ fero moleste, inuido;rum maleuolentiumq hominum obtrectationibus me in eam diffi;cultatem deduci, atq ab ijs aliter quam qualem me semper præ;stare studui, isthuc de me perferri. Cum enim antiquissimam existimationis meæ rationem semper duxerim, non possum non gra;uiter ferre, uocari me a quoquam ad ullam suspicionem, quæ sem;per fuerit a ratione atq instituto meo aliena, atq nollem arrogan;tius quicquam dictum a me uideri, sed tamen confido, iure id me sumere præ nonnullis posse, qui omnium rerum gratiam atq lau;dem sibi tribui uolunt. Ex uniuerso nro ordine me unum lon;ge plurimum negotij sustinere, in motibus hisce religionis mode;randis, atq in tuenda ueteri Ecclesiæ dignitate, ad quam oppu;gnandam nimium multi in Regno hoc studia conatusq suos inten;derunt, In quo si minus a me quam par uideatur præstari

potest, neminem qui præntis temporis rationes inspexerit, miratu;rum puto. Conscius quidem mihi sum, omnia quæ eo pertinent summo semper studio me egisse, multorumq ea causa suscepisse inimicitias demumq omnibus meis in rebus commodum atq utilitatem Eccleæ toto tempore maxime spectasse, atq etiamnum cum uacaret E;piscopatus Wladislavien. multis et amplis redditibus cumq S R M. mihi deferret, ultro eum prætermisi, atq cum ita rationes Ecclæ posscere iudicarem, ad quas omnia mea consilia semper accommo;dare studeo, hoc quamuis exiguorum redituum contentus fui, utut tamen est, in Deum omnes rationes meas repono, qui quem;cunq earum euentum esse uoluerit, eum mihi moderate ferendum putabo, ab Illma autem ac Rndma P. V^e peto, ut autorita;te sua intercedere apud S^tem illius dignetur, quo de hac ipsa mea Coadiutoriæ causa sententiam suam alterutram in partem de;clarare uelit, ut tandem de rebus meis capere consilium possim id quod ego Illmæ ac Rndmæ P. V^æ perpetuis obsequijs meis promereri conabor. Cuius gratiæ me obsequiumq meum commendo.

Przeremb. Cardinali Puteo.

Illme et Rndme &c. Ex literis Venabilis D. Charnanski Scolastici Volborien. atq S R M. in Urbe agentis, intellexi quanto studio atq diligentia Illma ac Rndma Pat^s V^ra de causa mea Coadiutoriæ Archiepiscopatus Gnesnen. apud S. D. N. egerit, In quo eo maiorem Illmæ ac Rndmæ Pat^s V^æ erga me gratiam agnosco, quo magis, cum nulla mea in eam merita atq officia constent, tantum illam operæ et studij de meo negotio suscipere intelligo, Quo nomine cum summa me omnia Illmæ ac Rndmæ Pat^s V^æ debere iudico, tum dabo operam ut omnibus offi;cijs quæ a me proficisci in Illmam ac Rnd^m Pat^s V^ram

poterunt, meam erga illam perpetuam gratitudinem et obseruantiam decla;
rem aut si minus mihi facultas eius rei erit, saltem illius erga me huma;
nitate prædicanda id agam. Peto autem ab Illma et Rndma P. Va
quod de mea hac causa instituit, quodq agere iam cœpit, ut illud ad fi;
nem deducatur in eo ut etiamnum suam mihi operam studiumq præstare
dignetur, In quo quod S. D. N. tam lente statuendum, totq prolationi;
bus temporis utendum sibi esse existimat, nihil sane molestum mihi ac;
cidit, atq etiam prudenti consilio a Ste eius fieri iudico, quod pro officio
suo pastorio, nemini facile imponi manus oportere statuat, Itaq quæ in
Sacros.m Aplicam sedem obseruantis serui officia existere debent, ea
uel hisce difficultatibus ad causam meam allatis, nihilo minora a me
extabunt, quam antea semper extiterunt, daboq operam ut nullum
unquã tempus aut munus officij obseruantiæq in illam meæ prætermis;
sum à me uideatur. Illud plane fero moleste, inuidorum maleuolentiumq
hominum obtrectationibus me in eas difficultates deduci, atq ab ijs ali;
ter quam qualem me semper præstare studui isthuc de me perferri,
Cum enim antiquissimam existimationis meæ rationem semper duxe;
rim non possum non grauiter ferre, uocari me à quoquã ad ullam
suspicionem, quæ semper fuerit à ratione atq instituto meo aliena
Atq nollem arrogantius quicquã dictum à me uideri, sed tamen con;
fido iure id me sumere præ nonnullis posse, qui omnium rerum
gratiam atq laudem sibi tribui volunt, ex uniuerso nro ordine me unũ
longe plurimũ negotij sustinere, in motibus hisce religionis moderandis,
atq in tuenda ueteri Eccliæ dignitate, ad quam oppugnandam nimium
multi in Regno hoc studia conatusq suos intenderunt. In quo si mi;
nus à me quam par uideatur præstari potest, neminem qui præsentis
temporis rationes inspexerit, miraturum puto. Conscius mihi quidẽ
sum, omnia quæ eo pertinent, summo semper studio me egisse, multo;
rumq ea causa suscepisse inimicitias, demq omnibus meis in rebus
commodum atq utilitatem Eccliæ toto tempore maxime spectasse.

atq etiamnum cum uacaret Episcopatus Wladislauien. multis et amplis
reditibus, eumq S. R. M. mihi deferret, ultro eum prætermisi, cum
ita rationes Eccliæ poscere iudicarem, ad quas omnia mea consilia
semper accõmodare studeo, hoc quamuis exiguorum redituum conten;
tus fui atq uereor etiam ne ijsdem maleuolorũ criminationibus Rmo
in Chro pri d. Jacobo Uchanski Episcopo Chelmen. nominato
Wladislauien. quicquã difficultatis in renunciando paretur, cui iam an;
te idem cum ad Chelmen. Episcopatum designatus esset acciderat,
Ac de me quidem id quod Deus uolet erit, et in quamcunq par;
tem res ceciderit, in Deum omnes rationes meas conferam, neq com;
mittam ut ea causa profectum à me meisq quicquam uideatur,
quod alienum à pristino meo instituto sit, quodq in rebus alio;
quin turbulentis maiores tumultus sit concitaturum, Metuo au;
tem ne si quæ isthic repulsa ei afferatur, qui illi student, laturi id
impacientibus sint, atq quicquã tentent, quod in rebus alioquin turbu;
lentis grauiores etiam motus concitaturum sit, quod quidem mihi
iam ante factũ recordanti multo magis nunc metuendum uidetur,
tunc enim primum quod Illrm et Rndm P. Vm accepisse exi;
stimo, iurisditione ipsorũ euersa sublataq iudiciorum animaduersione
atq licentiæ impunitate patefacta, tanta uis malorum irrupit, ut
uix iam illi obsisti posse uideatur. Quamobrem Illma ac Rndma
P. V. magnopere Eccliæ comodo fecerit, si autoritate sua intercesj;
serit apud S. D. N. illumq admonuerit ut in ijs renunciationibus
tempori concedend. nonnihil existimet, cuius quidem eiusmodi iam fe;
re rationes sunt, ut ad retinendum Eccliæ statum, plus penè clementia
quã seueritate effici posse uideatur, Quæ quidem non tam mea, ut
superius contestatus sum sed alior, atq adeo temporis ipsius causa
ad Illrm et Rndm P. Vm non ignarã fore magna ex parte rerũ
nrarũ liberius scripsi. Tandem me obsequiaq mea illi comendo.

Ad Paulum IIII Pontificem Max. contra Cortisanos.

Beatissime Pater etc. Quod et diuus parens meus saepe et ego apud ante-
cessores Stis Vae questus sum de eorum hominum importunitate, qui bene-
ficijs Ecclesiasticis in Vrbe consectandis, multos passim Regni mei homines,
ut in ijs in omni uitae ratione ac officio graues et probatos vexare, atq ad
multas et laborum et difficultatum molestias adigere soliti sunt, idem ut
in praesentia esset mihi necessarium, eadem haec illorum importunitas efficit.
Atq hoc tempore tanto magis fieri a me oportere iudico, ut a Ste Vra
de eiusmodi hominum importunitate temeritate coercenda postulem,
quanto et ea in dies magis ac magis increbrescit, et res eiusmodi sit,
ut cum ipsa per se nequaqm ferenda, tum in primis hoc tempore,
atq pnti rerum statu grauiter vindicanda uideatur. Etenim in
turbulenti hoc rei Ecclesiasticae statu, non ferè ulla res est, quae uel in
maiore omnium offensione versetur, uel ad grauiores in ordine Ecclesiastico
motus suscitandos promptior sit quam haec ipsa nonullorum in beneficijs
Ecclesiasticis captandis immodestia, per quam nihil non ab illis quantumuis
inuidiae ac interdum malarum etiam artium plenum suscipitur. Itaq
quod multoties ab antecessoribus Sti Vae postulaui, id etiamnum a Ste
Va postulo, ut eorum hominum importunitatem tandem comprimere, atq
cum multos ex ordine Ecclesiastico graues in primisq honestos homines
multis difficultatibus liberare, tum vniuersum ordinem leuare magna in-
uidia et magna perturbatione dignetur. In eo autem quod ad Stem
Vm hoc tempore referendum existimaui eiusmodi est. Ea consuetu-
do in Regno meo in omnibus Ecclesijs est, ut dignitates Archidiaco-
natus, cum eas vacare contigit, per liberam Capituli electionem confe-
rantur. Atq eadem consuetudo Leonis decimi Pontificis Bulla est
confirmata. Cum enim Archidiaconorum munus in cura administran-
darum Ecclesiarum proximum Episcoporum functioni sit, publica utilitas

Ecclesiae postulabat, ut ad hosce potissimum officiorum Ecclesiasticorum
gradus nemo uocaretur, nisi cuius et uitae integritas et doctrina
quam plurimis atq ijs maxime quibus coram cognita esset, pro-
bata existeret, pro ea consuetudine firmata, cum Archidiaco-
natus Calissien. vacaret, electus ad eundem legitime est Venabilis
Franciscus Crasinski Iurium Doctor Gnesnen. et Cracouien.
Canonicus Secretarius meus, cum illius et doctrina et fides perspecta
comprobataq ab omnibus esset. Cum porro in possessione iureq
suo turbare nititur quidam Joannes Dembnicki Canonicus
Posnanien., homo tota aetate sua litibus addictus, atq in vexan-
dis hominibus occupatus, nihil ipse ad id sacerdotium uiris, prae-
ter inquietam turbulentamq suam rationem habens. Quamobrem
peto a Ste Va ut illi in ea causa silentium iniungi et Venabilem
hunc Franciscum Crasinski Secretarium meum lite absolui manda-
re dignetur, atq consuetudinem hanc priuilegiumq Ecclesiarum Re-
gni mei integrum conseruare. Faciet in eo Ss Va rem et aequam
et in primis ad rationem atq utilitatem Ecclesiarum Regni mei ac-
commodatam, id quod Sti Vae officijs obseruantiaq filiali semper
promerebor. Tandem me Regnumq meum in gratiam Sts Vae commen-
do. Cupioq eam diu foelicem ualere.

Rndo D. Joanni Przerembski Epo designato Chelmen.
Reg. Pol. Procancello dno et patrono suo, Stanisl. Orzechow-
ski Roxolanus S. P. D.

Episcopatum Chelmen. bene ac foeliciter tibi euenire cupio, optoq ut hic
tibi Episcopatus existat quasi primum ad Gnesnen. Archiepiscopatum
gradus. In quo tu quantum ingenio, quantum virtute, quantum pieta-
te ualeas demonstrare patriae tuae queas. Quae nunc non alijs nisi
modis agitatur magis quam ipsorum Antistitum Ecclesiae partim

incuria, partim uero illorum iniuria summaq iniustitia. Qui non modo uetera non curant, sed noua etiam ipsi addunt de suo et imponunt Ec; clesiæ Dei uulnera, eoq rem deducunt, ut et suam iurisdictionem con; temptam reddant, et homines doceant, nihil iam quod uerum, constans, synceru mq sit a se esse expectandum. Quo fit ut ij doctissimi sanctis; simi, religiosissimiq habeantur qui vos ordinemq vrum oppugnant. Contra vero qui pro uobis faciunt, indocti, impij, ac nepharij uulgo existimentur. At vero hæc non immerito ordini vestro accidisse vides. Nam ut omittā illam infamiam qua totus ordo vester premitur, vitia inquam et scele; ra tanta et iam nefanda, quæ ne in ipsa quidem Sodomorum urbe patra; ta fuisse creduntur, verum ipsa tot modis apud uos prophanata ac con; stuprata religio, quid quæso iam habet, quod certi nobis quod sequamur relinquat? Bona verba inquies, dubium ne id est? me respice exem; pli satis ad eam rem tibi ego sum: Non pudet non pudet inquam Joan; nes Przerembi, Gnesnen Archiepiscopum Legatum natum et Regni Primatem huius tantæ et tam animaduertendæ vanitatis, ut qui me annos ab hinc septem excomunicatum, ob uxorem ductam, tanta autoritate ab; soluerat, idem me nunc post tot annos ob eandem uxorem sumā eius uo; luntate retentam excomunicet denuo? Quo ille facto, quid aliud quæso assequitur, quam id ut siqui dubium antea hominibus fuit apud uos certi
VII esse nihil, nunc iam de summa et de postrema vræ iurisdictionis inconstan; tia dubitet nemo? Hæc ego fatebor enim, tam insigni contumelia ab illo Archiepiscopo affectus, scripsi repudij libellum fornicariæ Urbi Romæ, Deos hominesq contestans, me in illa horrenda tyrannide, summaq rerum omnium turpitudine diutius durare non posse. Itaq cur non ab hac meretrice Babilonica deficiam, ac illi veluti nuncium remit; tam, causas Serenissimo Regi nro ac patriæ comuni, ut iustissimas ita ve; rissimas proferam, quas iam protulissem, nisi reliqua spes cum paucis dubijs Regni temporibus Jacobus Vchanski Episcopus Cuiauiæ desi;

gnatus me domo ad se Skierbiessouium accersitum monuisset, me; cumq egisset, ut ne plus unius Archiepiscopi apud me valeret iniuria quam cæterorum Episcoporum Poloniæ dignitas. Et in primis tua qui illi Archiepiscopo successor in Archiepiscopatu iam es designatus, datu; rum te esse operam, ut res meæ perturbatæ componerentur, in melio; rem statum, et ut me homo grauissimus patriæq studiosissimus in spem conditionemq induceret meliorem, comemorabat, quæ tua esset pi; etas, quæ sanctitas, quæ religio. Tum etiam quantum autoritate apud ipsum Archiepiscopum ualeas, quem et regere ad tempus et corri; gere monendo, et orando posses, deniq memor essem quantus semper fuerit in me amor tuus, proinde ne res meas aliquo præcipiti consilio in desperationem adducerem, etiam atq etiam monebat.

Cuius viri fidelissimis consilijs parui Joannes Przerembi, libel; lum repudij domi retinui, has etiam lrãs ad te hominem in omni uirtute excellentem dedi, quarum illa sit summa, ut te per Jesum Christum, qui largitus est nobis suum sanguinem et qui te in oculi suo Polonico, priores partes ut spero habere voluit. Te inquam oro atq obsecro, ut suscipias causam Ecclæ, suscipias causam patriæ, quæ iam vergit ad occasum, istorum hominum præcipitata consilijs. Nam si adhuc in te et in Vchanicio spei nobis restat nihil, actum est, perimus, Non erunt mihi crede exempla Germanica in Polonia diutius à uo; bis expectanda. Vos enim duo veluti Enoch aut etiam ipse Helias missi estis in Poloniam diuinitus, qui ipsius Antichristi re; gnum gliscens quotidie et haud occulte serpens prohibeatis finibus pa; triæ et quantum in vobis est uerum Christi Regnum in patria retinea; tis. Hæc spes de uobis duobus apud omnes in Polonia est, hanc tu pro tua rata parte nobis præsta, pro qua etiam fer opem nobis, ut in me potissimum homine iniquissime circumuento, initia Episcopa; tus tui et spes vras constituas, neq sinas cum ordinis vri detri; mento in me Archiepiscopum sæuire vrm, quod eo lubentius facies

si tecum cogitaueris, illum Archiepiscopum iniquam nulla in re mihi vnquã
nociturum. Nam si illud postremum malorum meorum ille esse ducit, ut
ne in illius ouili cum mea pudicissima vxore sim, non est sanè quod ma-
gno conatu id agat, cedam ultrò ac iàm nunc vasa colligam, ut si ille
Archiepiscopus grauius incubuerit, mox ex illius ueluti poluto quodã
et auaro hospicio, gaudens excedam, lætusq ad meos Græcos reuer-
tar, è quibus materno genere sum ortus. Itaq non longum illi ego, sed
perpetuum uale dicam, ac Pæana illi canam omnibus quibus potero iam
bis ornatum atq instructum. Absolutiones etiam atq illius excomu-
nicationes cuiusmodi fuerint, dijs hominibusq proponam tantiq cum Græ-
cis meis degens, illius excomunicationes faciam, quanti homines uigilan-
tes facere solent delirantium somnia, quod tanto tutius faciam, quanto
mihi neq metitur neq seritur quicq in illius questu. Qua de re quã
uerè et ex animo ad te scribam, ex ea Epistola intelliges, quam ad Jo-
annem Dziadusk Præmislien Episcopum scripsi, quam quæso legas
diligenter. Non ut eius ornatu delectere qui nullus est, sed ut mentem
meam perspicias, quæ certa est, vt quid in tantis Archiepiscopi Gnesnen
iniurijs habeam in manibus consilij dilucidè intelligas. Ac ne ad hæc
præsidia postrema decurram maturè prouideas. Quod si feceris primũ
rem dignam tua præstantissima autoritate feceris, deinde magnis turbis
patriam tuam liberaueris, postremo res meas in tuto collocaueris. Quæ
te cogitantem et posteritati consulentem primo quoq tempore curare si-
deliter ac tueri fortiter æquum est. Bene uale. Datũ in Skierbieszow
XV Nouemb. Aº 1557º.

Rndmo in Chro Pri D. Joanni Dziadusk Episcopo Præ-
mislien. Stanus Orzechowski Roxolanus S. P. D.

Reuerendme Dne etc. Non imperitia linguæ Latinæ, neq verborũ
inopia factum esse putes, quod nuper summis in meis molestijs ac sumo
in dolore, grauissimoq meo casu lingua vernacula lrãs ad te scri-

ptas miserim, id enim effecit mæror meus, ut de meo incredibili
dolore ac uernaculo ad te non alia quam vernacula lingua scribe- 53
rem. An verò is vernaculus tibi non videbitur esse dolor, me nullo
iure, neq lege neq iudicio indicta causa ex Eccla pelli, familiam in-
famare, domum turbari, deniq vxorem ipsam castissimam, meamq
charissima progeniem, nouis excomunicationum reintrusionibus, fœdari.
Profecto Rndme Dnè, hic dolor tantus ac tam iustus, non alia lin-
gua quam Polonica declarandus tibi à me fuit.
Huc accedit quod auget dolorem quod non quiuis homo de officialium
media turba meum caput petat, sed Archiepiscopus is, qui Primas Re-
gni et Legatus est, quem errare, falli, decipi tam dedecet, quã hunc
eundem non ~~esse~~ decet ~~cæcum~~ cæcorum ~~cæterorum~~ Ducem. Jam uerò cuius tandem gra-
uaminis res illa est, quod idem Rndmus Ds Archiepiscopus, qui
me de vnanimi Episcoporum comprouincialium suorum sententia annis
ab hinc sex absoluerat, idem nunc nulla mentione Episcoporum
Comprouincialium facta, me sponte sua in priores censuras reintrudat?
ita enim absoluens olim pronunciauerat.
Comunicato cæterorum Rndmorum dnorum Episcoporum Prouinciæ nræ
ibidem tunc præsentium et lateri nrõ assidentium consilio ac
Consentientibus ad hoc præfatis Rndmis Ds Episcopis compro-
uincialibus nris, a quibusuis excomunicationum sententijs contra ipsũ
Stanislaum Orzechowski per præfatũ Rndum D. Episcopum Præ-
mislien pro eadem uxore quomodolt fulminatis absoluendum duxi-
mus, ac unitati et gremio Ecclæ Catholicæ et Sacramentorũ Ec-
clesiasticorum participationi, et Chri fidelium comunitati restituendũ
duximus, prout absoluimus et restituimus in Dei nomine per præ-
sentes.
Hæc tanti Metropolitani sententia nobilis viri et sacerdotij religio-
nibus venerandi ac sanctitate vitæ casti non tibi videtur perpe-

tuam infamiae notam inurere omnibus, Synodis Vris, nomini denique atque Ordini vro Episcopali. Si enim Rndus D. Archiepus ex tanto intervallo, tot annis peractis, ab illa absolutione cuius uerba modo posui nunc demum saluat vt ipse in processu scribit conscientiam suam, profesto simul errorem non tantum suum, sed communem omnium Episcoporum suorum Comprouincialium profitetur, quod illi ad me absoluendum assensum praebuerant, suum. Errastis igitur in me absoluendo omnes vos, vel ipso Metropolitano vro teste, me etiam in errorem grandem induxistis, familiam meam circumuenistis, liberos meos in fraudem apertam coniecistis, quos ego suscepissem nullos nisi vos absoluissetis.

Quo quid turpius dici aut fingi potest, quam vos in Polonia religionis Praesides ac Sacrorum Antistites, et dispensatores mysteriorum Dei, palam confiteri, uos ad unum omnes in me absoluendo foedissime lapsos esse. itaque ita esse publicis etiam instrumentis ab Metropolitano Ordinis Vri Principe testificari, o caelum, o terra, libet enim hoc loco Tragicum exclamare illud. Quod enim monstrum hoc est? quanta Prouinciae Poloniae labes? quae denique haec pestis est atque perniciés ordinariae vrae potestatis, homines errore vro Episcopali tradi Sathanae, incestu inquinari, tum hac eadem temeritate contaminari religiones violari, Caeremonias et ordinem Sacerdotalem nefariis stupris vro permissu constuprare, itaque apertis ac patentibus literis ipsum Metropolitanum cum omnium vrum consensu permissum mihi fuisse palam confiteri.

Iam vero quanti illud est? quod idem Rndmus Archiepiscopus anno post altero in absolutione altera, qua mihi absolutionis prorogat tempus haec etiam addas.

Prout huiusmodi absolutionis lras prius concessas, a data illarum prorogamus, et in suo robore conseruamus, illum authoritate nra Metropolitana Gnesnen ad beneplacitum nrum denuo in forma Ecclesiae consueta absoluimus, ac illum communione Christifidelium Sacramentorum Ecclesiasticorum participationi et Sanctae matris Ecclesiae unitati restituimus etc.

Restituimus tu o Metropolitane noster Rndme de consilio Comprouincialium tuorum hominem, ut tu me nunc existimari vis contaminatum incestu, communioni Christifidelium Sacramentorum participationi, et Sanctae matris Eccliae unitati? eamque restitutionem non re, non causa, non ratione, neque lege ulla sed beneplacito tuo definies.

Quid quaeso luci cum Belial? si enim mea causa fuit talis, quae mihi matris Ecclesiae claudebat gremium, quare restitutus a vobis non repudiata peccati mei causa, in gremium Ecclesiae sum? Si aut causa mea aliena ab Eccla vnquam fuit, et si iusta atque sancta fuit, ac est semper uti certe est, cur semel tanta authoritate a uobis restitutus, denuo ex gremio matris Ecclae eijcior? profecto unum necesse uobis esse e duobus video, ut aut absoluendus a uobis non eram, si ducenda uxore contra Canones commiseram, aut si peccatum a me in Ecclam Dei ducta uxore non erat, eijci denuo vris remtrusionibus post tot annorum secula non debeam, quicquid horum elegeritis id contra uos faciet planissime.

Praeterea illud scire uelim, quando uultis uobis ab hominibus credi? aut quo tempore vultis in hac mea causa uxoria uos non errare uideri? olim ne cum me Petricouiae annis ab hinc sex, cuncta inspectante Polonia absoluebatis? an uero modo quum me ex tanto spacio in priores censuras priuatim remitrudebatis? Nam si illa Petricouien absolutio, quam consensus vester, quam meus cum uxore vsus, quam longissimi pene temporis praescriptio iam confirmauit, error uester manifestarius fuit quam tandem autoritatem quaeso praesens remitrusio apud uos habebit? aut quae se illa apud homines tuebitur fide? quam publicis uotis atque precibus

detestantur omnes, quam etiam ioco atq ludo exagitant omnes pue;
ri simplicesq puellulæ, ut vanam et putidam, ita ut omnibus non
reintrusis hæc legitima, sed quædam iocatio scænica, non in Synodo
Episcopali sed in theatro scurili nota esse videatur.

Quam uerò præstiterat ab initio me nunquam absoluere, quam ad
hanc irrisionem et obtrectationem nomen v̄rum Ep̄ale conijcere?
quæ tanta est ut difficile veniam gratiamq malæ existimationis
ab hominibus possitis postulare, uides enim pro tua præstanti pru;
dentia, quibus probris quibus literis, quibus monumentis, et quibus tam
doctorum quam imperitorum hominum sermonibus proposita sit hæc
ipsa reintrusio v̄ra, licebit spero nobis R̄dme dn̄e, Orbi ter;
rarum proponere et in conspectu omnium ponere, et absolutiones et
reintrusiones v̄ras, cōmentarijs et scholijs doctissimorq virorum
illustratas, ut omnes mortales intelligant quæ nam ratio fuerit di;
spensationis et administrationis v̄ræ in Eccl̄a Dei, at nescio
quomodo præsagit animus futurum, ut Polonia parturiat aliquan;
do id quod iam dudum parturit, ut concertatione hac n̄ra exci;
tata, erigat se aliquando, et de statu rerum suarū cōmodiore co;
gitet.

Neq3 uerò ullas ego hæc scribens meditor hæreses, neq ullas com;
mentior seditiones. sed hoc tamen agam, si quidem mihi idoneam mate;
riam præbueritis ad scribendum, ut plus Romanam hypocrisim,
quam Lutheranam hæresem nocuisse Eccl̄æ Dei Polonos doceam.
Cui enim deesse poterit vnquam oratio, uel hac una causa exage
randa, quod cum nihil tam inimicum sit Canonibus Eccl̄æ, quam
ipsa sit Vrbs Roma, tamen Canonum prætextu illa se se uendi;
tet, quasi gens quæ iustitiam fecerit. An enim hoc monstri simile
non est? me propterea excōmunicari à uobis, quod contra Canones
uxorem duxerim, cum hic manifestus et disertus in Eccl̄a Catho;

licā habeatur Canon, qui sic habet.

Præsbiter si nupserit ordine moueatur, si autem scortetur aut adulteretur,
pellatur omninò et ad pœnitentiam reducatur.

Alius Canon.

Si post consecrationem Presbyter aut Diaconus aut Subdiaconus duxe;
rit uxorem, eiciatur ex clero, et ordini Ciuitatis in qua clericus erat,
cum proprijs rebus restituatur.

His ego Canonibus quum satisfecerim, tamen plector quasi apertè Cano;
nibus ipsis cōmisissem, quod si Roma alios contrarios his Canonibus ha;
bet Canones habeat sane sed sibi illos habeat non mihi, Ego enim
Eccl̄am Catholicam ac Concilia Oecumenica sequor, quæ illa semel da;
mnarunt, damno, et quæ probarunt, probo. et quoniam ea absolutio, qua
me annis ab hinc sex absoluistis ad Canones Ecclesiæ Catholicæ pro;
nunciata à uobis Petricouiæ fuit, ideo ego illam ratam et pensam in per;
petuum habebo. Cum qua quoniam ista reintrusio v̄ra ex dia;
metro pugnat, ideo illam pace, quod dictum sit v̄ra, nihil aliud
quam merum esse duco anathema, ita enim me docuit Ecclesiasticus lo;
qui Canon.

Atqui hæc reintrusio uide quæso quam vim mihi afferat. Nihil enim le;
gitimi in me reintrudendo actum est, non mihi dies ante dicta fuit, non
legitimum iudicium constitutum, non accusator auditus, non ego reus da;
mnatus, non deniq iudex in iudicio cum reintrudebar, visus unquam a
me fuit, omnia sunt acta per vim et perperam, illud sic uolo sic iubeo
cum illa noua et ante hanc diem inaudita formula. Ad beneplaci;
tum meum te absoluo, ad beneplacitum meum te rursus excōmunico, o
cōmemoranda iudicia non videtis quantam causam hominibus detis de;
trahendi de vobis, quantam etiam mihi materiam refellendi uos præbea;
tis? neq enim deero ipse mihi, quin pro dignitate familiæ n̄ræ, pro spe
generis, pro vniuersa posteritate mea, omnia pericula etiam extrema

adeam. etsi enim mutae belluae partus ac nidos suos contra vim obiectu corporum suorum tutantur, ego hoc genere, hac familia natus, his locis etiam et existimatione praeditus, uxorem ac liberos, quos summa voluntate vrã suscepi, prodam, nunquam faciam. Deus etiam opt. max. matrimonij autor mei adesse spero, nobis non patietur istis nouis reintrusionibus vris a uobis connubium meum violari, quod uos conubium ac matrimonium esse in vris processibus semper agnouistis, et ita illud appellastis, nimirum Sacramenti virtute uos ad id impellente.

Sed hoc loco ego tecum paucis agam, abs teque petam, ut me benigne audias, et haec quae dicam sensibus imis reponas. Ego te meum Episcopum esse confiteor, te ego ac tibi concreditas claues ueneror, te ducem ad salutem et autorem sequor, non potes, non potes inquam tanto in meo casu officij tui obliuisci. Omnis tua pastoralis cura ad me erigendum, si abiectus ad recreandum, si afflictus ad confirmandum, si fractus sum conuerti debet.

Vides quam mihi omnis res steterit in praecipiti, uxorem duxi, liberos suscepi, dotem accepi, tabulas dotales confeci, domum et affinitate cum clarissimis viris coniunxi, quae omnia transegi permittentibus ac uolentibus Sacerdotibus publicis et omnibus Prouinciae Poloniae Episcopis. quid horum grande aut eximium non est, et tamen haec omnia ut uno tempore e vestigio abijciam, et uxorem et liberos, et affines, et cognatos, a Metropolitano iubeor. Hic ego abs te homine prudentissimo, Episcopo autem meo consilium expecto. quid nam faciendum mihi censeas? num uxorem repudiabo, at hoc peccatum esset profecto in virginem ciuem ingenuam uti meretricem ubi abusus fueris domo mercede stupri data eicere, Iam tres filios meos Orichouiorum honestissimorumque hominum gente ac nomine priuare, cuius tandem imanitatis hoc facinus foret? Quid vero Chelmij atque Zarembij

uxoris meae parentes et cognati agerent interea? multum ne tantum facinus abire paterentur, cum illorum illusserim filiam? an vero poenas pro tam insigni contumelia generis ac nominis sui a me cum sanguine exposcerent? ita facturos dubio procul credo. Quae quum ita sint, uides ab uxore mihi nullo pacto discedere licere. Prohibet enim data fides, prohibent liberi, prohibet mors et interitus certus. Manebo ergo in sententia, et uxorem ita complectar necesse est, uti uis fasque est.

Quid tu interea ages? illud opinor ut pro ratione reintrusionis me pro excommunicato denuncies, communione interdicas, templorum aditu prohibeas et campanum aes in me postremo quaties, haec finis fuerit omnium dirarum in me spero tuarum. At vicissim audi et attende quid etiam ego acturus sum. Primum scito hoc praenoscens me absque religione certa non victurum. Nullus enim homo vnquam repertus est tam amens tamque perditus, qui aliquam religionem falsam saltem non haberet, Nouam ego mihi nullam fingam, neque ab alijs confictam mihi sumam. Nihil enim probo quod a Sancta Catholica et Apostolica Ecclã abhorreat. Itaque si ex Ecclã Latina hac sola de causa quod uxorem praescripto Canonum duxerim, a uobis pellar, non in partem Haereticorum mihi crede, sed in illam veterem atque sanctissimam Ecclam Graecorum concedam, huic me totum ac penitus tradam, in huius sinum vris iniurijs coactus confugiam, ab hac salutem ueluti in Graium litus, naufragio eiectus petam. Cum hominibus Graecis communicabo, cum his etiam resurrectionem mortuorum et uitam venturi seculi expectabo, idque instituto maiorum meorum maternorum faciam, qui omnes alto a sanguine Graeco fuerunt creti

Scio in Florentino Concilio cui Eugenius Papa praefuit, edictum fuisse, vt quisque eum ritum in quo natus esset anathematis poena tueretur, Sed ego Graeciam non sponte sequar, Mea enim haec sententia est, ut cum re conuenientes, ritu vero differentes Graecos uiuere in Ecclã vniuersali cum Latinis existimem, Latinos tum sequi

malim quam Graecos, Graecos vero quam neminem. In hac ego religione domicilium vitae coactus a vobis collocabo.

Quod ego tamen non faciam prius quam ad omnes Poloniae Episcopos in primis autem Gnesnam ad Rdmum Archiepiscopum misero, utarque in hac re consilio tuo, Quod mihi humanissimis tuis literis per D. Przeleczki Canonicum scripsisti, ad quam rem obeundam appellationem interposui cuius exemplum tibi mitto, ad quam mihi respondit de more publicus Notarius. Itaque Rdmo D. Archiepiscopo supplicare statui, ut proferat tempus, quoad ab Sede Aplica aliter mihi fuerit prospectum. Quod si ab illo id impetro, in fide et ritu Latino vobiscum permanebo. Sin autem illi aliter erit animus, pedum quod dr

VI visa est via. Qua in re ut mihi adiutor ad illum Rdmum Archiepiscopum sis, te per Christum Jesum, perque illius sanguinem pro te ac pro me fusum oro atque obsecro, noli pati me gravius de meis rebus consulere, neque consiliis adversus vim hanc vram uti periculosioribus.

Quod si tu et meis privatis et vris publicis malis mature et fideliter occurres, compones primo res tum privatas meas, quam publicas vras in commodiorem statum. Deinde me ipsum habebis tibi, generi nominique tuo, hoc divino et eximio beneficio tuo devinctissimum. Postremo visum est mihi Epilogi vice in fine huius Eplae Musonii Stoici ex Graeco hanc Latine adscribere tibi sententiam, quae sic habet, Si quippiam honestum cum labore transegeris, labor peribit, honestum vero manebit, Sin autem quippiam turpe cum voluptate feceris, voluptas peribit, turpe vero manebit. Haec Stoicus ille. Quare vel huius doctissimi viri sententia, cum honestissimum sit te dare operam ut servemur, ego domus et familia, te in me servando operae parcere minime decet, ut honestas praeclari facti tui laborem tuum perpetuo consoletur. Contra vero si tibi voluptati esse ducis, ob meam calamitatem hoc praesens dedecus ordinis Episcopalis in tuam Dioecesim admittere, dedecus quidem abs te ad-

missum manebit, sed voluptas ipsa huius dedecoris peribit, relicto post se in tuo animo acerbissimo paenitentiae sensu. Bene vale. Datum Praemisliae in Crastino Visitationis Mariae Anno 1552.

Orzechovio Vicecancell.

S. P.

Redditae sunt mihi tuae literae, quibus quod mihi gratulatus es de Episcopatu Chelmensi ad me delato, facile tuum erga me perspectum semper mihique gratum et iucundum amorem cognovi, quem vicissim eundem meum erga te, ut semper agnoscas, dabo operam. Tametsi quidem dignitatis huius Episcopalis, quam mihi obtigisse gratulari te significas, eiusmodi conditio turbulento hoc Ecclesiae tempore existat, ut non sane magnopere expetenda cuiquam videatur. Quid est enim quod quisquam Episcopum se laetari possit, in eo rerum statu, quo autoritate atque officiis Episcopi in Ecclesia fungi non licet, et quo omnes iam quos muneris Episcopalis autoritate regi oportuit, ipsius partes et functionem sumere sibi non dubitant, atque ipse quidem id non ambiguum constare omnibus existimo. Sed cum ea divina voluntas esset, quae me in eam arenam vocaret, non recusandum esse putavi, quin quod oneris mihi ab ea imponeretur, susciperem, Deum Opt. Max. assiduis votis deprecaturus, ut qui autor mihi vocatione sua huiusce muneris suscipiendi fuerit, idem sustinendi obeundique auxiliator esse velit, a me quidem quicquid diligentiae ac studii in statu Ecclesiae ad pristinam puritatem nitoremque revocando ac restituendo proficisci poterit, in eo elaborare me semper et contendere oportere putabo. Ex iisdem autem literis tuis atque ex eis quas ad Rdm D. Episcopum Praemislien. scripsisti, intellexi quam acerbe

VIII feras iniuriam renuntiationis in te a Rdmo D. Archiepiscopo latae, tum quid consilii in eo tibi sequendum statueris. Quas easdem ad Rdm D. Episcopum Praemislien. literas tuas, cum in Castris adhuc legissem ex iisque cognovissem animum et consilium tuum, egeram cum Rdmo

D. Nominato Epō Ciuiauien. ut te consilio autoritateq; sua moneret, ne quem ad locum progrederere, in quo minus integram rationum tuarum potestatem habiturus esses, praesertim cum sperarem posse modum quempiam iniri, quo rerum tuarum statum obtineas, atq; id à me non tam cuiusquam, quam tua ipsius causa factum est. intelligebamq; nemini magis consilia tua quam tibi nocitura fuisse. Nam quod ad me scribis, libellum repudij à te confectum esse inconstantia ex eo citius, uel ut pace tua dicam, immodestia tua quam quicquā eorū quo intendis constiterit. Falleris enim si tuis illis maledictis aut Ecclae authoritatem aut dignitatem ordinis infringi labefactari infringiq; abs te posse speras, si quidem auxilium diuinum quod praesens semper Ecclae adfuit, etiam in posterum est adfuturum, quo praeter hominum opiniones illa administrata perfectaq; semper fuerunt, ut quibus rebus hostes illius, ad eam oppugnandam atq; ad offundendas illi tenebras usi sunt, eae potissimū ad illam confirmandam illustrandamq; valuerint. Quod si ordinem unum oppugnandum tibi statuis, ne is quidem ullis cuiusquam conuicijs succumbet, manebitq; quo ad Deus uolet, quemadmodum hactenus semper mansit, uel in maxima conuiciatorum turba, integra eius dignitas atq; etiam cum illi Deus aderit, ista haec maledicta ad dignitatem illius stabiliendam pertinebunt. Quod si Deus abijcere illum euertereq; uolet, nihil tamen fore quod illi esset, aut si aduersarium ei te statuas, tua potissimum oppugnatio pertimescenda, aut si cum eo maximè facias, quicq; melius sperandum, ad futurae enim tum multorū copiae ad eum obterendum fuerint, quorum in numero si item Deus te esse uellet, nequaquā abs te tamen iactari illas minas oportuerit, at potiūs decuerit te meminisse haud quaquā semper Deo Opt. maxo eorum causam per quos delinquentium lapsus vindicandos statuit, magis probari, quam illorū ipsorum in quos vindicatum uult, quin saepe etiam in homines pios vexationes

nefariorū illi immittere, saepe pari scelere obstrictos inter sese committere atq; ad alterū ulciscendum altero uelut instrumento uti. Quid autem tu uel si grauissimas ordinis Ecclesiastici labes cernas, atque ad eas oppugnandas te pares, habeas quod dicere possis, te ad illius potius flagitia conuincenda diuinitus uocari, quam tua ipsius peccata te ad id ancipitis euentus certamen rapere, in quo quae tua ratio sit, clarius elucescere posset, atq; id eo magis te cogitare in praesentia oportuit, quod ad illud quod facturum te ostentas, non tam studium emendandarum rerum quam suscepta iniuria te impellit atq; incitat. Quod tamen scribo, non ut te ullius rei condemnem, neq; enim id instituti mei est, sed ut et liberè tecum agam, et officium tuum tibi ad animum reuocem, erat enim certè et prudentiae et doctrinae tuae haec cogitare, neq; minas illas ita mittere, uelut unus è cunctis nullius culpae obnoxius, ad non dubium concertationis euentum, atq; ad omnia Ordinis Ecclastici flagitia profliganda diuinitus institutus uiderere. Cum officij tui fuerit, si quae in ordine Ecclesiastico minus probes, ea aut Episcopis, ad quos liberrimi aditus tibi patent, coram explicare, aut demum scripto declarare, modo ut illud corrigendi exempli, non incitandae multitudinis inuidiae causa institueretur, atq; ad eos deferretur, penes quos corrigendorū in Eccla morum potestas esset, non spargeretur in vulgus, ad seditionum tumultus et tempestates commouendas, quae non modo Ecclesiae, sed etiam toti Reipub. periculum exitiumq; forent, neq; tantum apud te cuiusquā iniuriae acerbitas ualere debet, ut ea te ab officio tam iusto tamq; Christiano retrahi paterere, omnia enim potius nobis perpetienda esse, quam officium, quamq; communis et Eccla et Reipub. status deserendus. Quod autem concessurum te ad Graecos tuos esse atq; in eorum Ecclae sinum temet esse recepturum, etiam atq; etiam cogita quam existimationem hominum sit tibi ea res allatura, multosq; usurpaturos in te esse illud, caelum non animum mutant, Sed ut haec

praeteream, vide an ea res quicquam ad comodiorem tui liberorum toti- usq familiae statum allatura sit, id quorsum pertineat facile intelliges si ea quae cum essemus in Randina tecum in sermone familiari contulerim, ad animum tibi revocaris, atq haec quidem cum re ipsa comotus, tum amore tui inductus liberius ad te scripsi, quibus si parueris, magnum me fructu beneuolentiae in te meae cepisse existimabo. Gaudeo autem quod et Rndmus D. nominatus Chelmen. Epus Cuiauien. tantum apud te autoritate sua valuerit, ut te ab instituto retrahere potuisset, et tu consilijs monitisq illius obtemperans librum penes te retinueris, atq sane id cum Ecclae tum multo etiam magis tua ipsius causa gaudeo, multo enim grauiorem in reprehensionem bonorum factu id tuum incurrisset, quam illa ipsa quae aduersus ordinem Ecclicorum abs te prolata essent. Quin illud quoque lubens vidissem si ea epistola quam ad Rndm D. Episcopum Praemislien. misisti, aut non tam uehemens fuisset, aut euulgata non esset. De iniuria porro tua cuiusmodi sit, nihil hoc tempore dico, cum neque unde processerit intelligere adhuc potuerim, atq etiam verear, ne fuerint aliqui, qui Rndmi D. Archiepiscopi nomine abusi eam ad rem sint, illud tibi polliceor, me omne studium, curam, operam, pro meo in te amore libenter suscepturum esse, ut hac molestia primo quoq tempore libereris, dedique ea de re mandata ad Rndm Dm Archiepiscopum per dm Crasinski Canonicum Cracouien. nepotem Rndae Pat. illius, qui proximis diebus Vilnam ad Rm Mtem uenerat, atq recipio tibi nihil me studij apud Rndm P. eius praetermissurum esse, ut et decretum hoc reintrusionis tibi remittat, et in posterum non modo aequam sese in causa sua praestet sed etiam opera studioq suo Romae tibi adsit, ut omnia isthic quam maxime expedita ad causam tuam obtinendum habere possis. In quo item si quicquam studij officijque mei extare poterit, id promptum tibi paratumq est futurum, quod si propter magnitudinem difficultatemque rerum in praesentia minus in

eo literis nuncijsq praestare potero, tamen hoc tibi confirmo, posteaqua in Poloniam rediero, ita me de tota causa tua cum Rndma P. illius acturum esse, ut tibi cumulate per me satisfiat. Interim autem moneo te ac hortor, ut quod hactenus peccato, rebusq tuis comodiore consilio amplectendo fecisti, idem deinceps faciendum tibi statuas, neque rationes tuas praecipitandas tibi praepopera aliqua festinatione existimes. Tametsi quidem ut ne ulla mora ad causam tuam tibi adferatur, omni cura, studio, diligentia laborabo. Bene vale. Vilnae xx Decemb. 1552

Instructio Vrli Martino Cromero ad Serenissimum et Excellentem P. Romanorum Regem.

Legatus noster cum venerit ad Sermum et Excellentmum Principem D. Ferdinandum diuina fauente clementia Romanorum Regem etc. secreta audientia impetrata Mtem suam nomine nostro reuerenter officioseque salutabit, faustaque ac foelicia cuncta illi precabitur, ac obseruantiam nostram filialem Mti suae deferet. principioque dicet. Nihil nobis iucundius futurum fuisse, quam ut eae controuersiae, quae inter Mtem suam atque Sermam D. Vngariae Reginam sororem nostram charissimam intercedunt, quam celerrime dirimi potuissent, videbamus enim quanto diutius traherentur eo in maiores difficultates eas adduci multaque ac grauia pericula, non modo Vngariae sed etiam Regno nro atque adeo vniuersae Reipublicae Christianae ex ijs imminere. Porro si lentius in ijs egisse videamur, quod serius ad Mtem suam cum responso Sermae Dnae Vngariae Reginae mittimus, id contigit non ulla nostra negligentia, sed longinquitate locorum, quibus et nos a Mte sua disiuncti sumus, et Serma Dna Vngariae Regina a nobis abest. Cum enim primis diebus Mensis Februarij Nobilem Gabrielem Grabowiecki Legatum ad Mtem suam misissemus, ad nos in principio usque Aprilis rediyt, rursumque eidem continuo ad Sermam D. Vngariae Reginam a nobis missus, istinc sub finem Maij est reuersus, et tametsi nihil temporis neque diligentiae intermiserimus, ut quantocius Mti suae respondere potuissemus, celerius tamen

quam nunc demum non potuimus. Quare omnem hanc quaecunque exstitit moram nequaquam per nos, sed longis itinerum locorumque intervallis Illtas sua accidisse existimet. Deinde in hanc sententiam verba facit.

Existimare nos tenere memoria Illtem suam, atque id e legatis suis, qui Xristini apud nos fuerunt accepisse, quam inviti ad causam hanc Ungaricam accesserimus, optasseque nos, ut quemadmodum ignaris nobis coepta esset, ita in eam sese interponere nobis necessarium non fuisset. Et nunc plurimum nobis dolere operam studiumque frustra per nos susceptum, neque quidquam in rem Illtis suae ac Sermae sororis nostrae constitutum esse, at interim nos Caesarem Turcarum, cuius potentia orbi terrarum magno terrori est, non leviter offendisse. multa quippe indicia animi eius a nobis alienati ad nos perferri. Quod omnino fore etsi iam initio prospiciebamus, noluisse nos tamen nostro necessitudinis atque coniunctionis officio Illmique suae voluntati deesse. Itaque et nosmetipsos Sermam Ungariae Reginam convenisse et crebris Legationibus agere omnino non destitisse, ut res ad eum quem optabamus exitum deduceretur, ac eae quae intercesserant inter Illtem suam et Sermam D. Ungariae Reginam controversiae amice componerentur. Anno vero superiore cum Rndum ViceCancellarium Regni nostri Legatum ad eam misissemus, tantum effeceramus apud Sertem suam, ut cum ipsa fore se in potestate Excellentmi D. Romanorum Regis polliceretur, tum Illmus filius eius, qui antehac saepe, quamvis puer denunciare Sermae matri suae dicebatur, ne ulla pacta transactionesve de patrimonio suo iniret, aut statueret, eo tempore id in arbitrium atque potestatem illius contulerat. Sermaque Regina ad omnia animum induxerat, dummodo per Illtem suam iis conditionibus satisfieret, quas antea illi per Curiae suae Magistrum proposuerat. Itaque cum iis ipsius postulatis Nobilem Gabrielem Grabowieczski ad Illtem suam misseramus, in quibus etsi quaedam esse videbamus, quibus modum quendam adhibendum putaremus, magnam tamen in spem veniebamus, eas controversias tandem ex sententia dirimi ac terminari posse, praesertim Illmi quoque Nepotis nostri voluntate

ad

ad eam rem adiuncta, cum velut fatis ad res Christianorum perturbandas inclinantibus, subito omnis ea spes nobis erepta est. Condicionibus enim a Illte sua Sermae D. Reginae per eundem Grabowieczski propositis, atque ad nos transmissis, tantum abest ut assentiri voluerit, ut pro non ferendis et impossibilibus eas ducens extrahi se illis existimet, atque a novis tractationibus faciendis plane sit animo alieno, quemadmodum ex responso illius Illtis Reginalis, quod Illti suae Regia Intimus cognoscet. Itaque rebus in eas difficultates adductis, nihil reliquum iam esse, quod ea in re praestare nos posse existimemus; Omnia hactenus suscepta tentataque a nobis esse, quae eam ad rem consilio studioque adferri potuerunt. Postulare tandem nos a Illte sua, ut sibi de nobis persuadeat, nos pro nostra erga Illtem suam filiali observantia ita in componendis hisce controversiis studio atque opera syncere atque candide laborasse, ut nullum officium quodquidem eam ad rem pertinere existimaremus non maximo studio et susceperimus et obiverimus. Deberi enim id a nobis necessitudini ac coniunctioni arbitrabamur. Deberi etiam cum pro Regni nostri, tum universae Reipublicae Christianae tranquillitate et salute, quam ea Illtatum suarum de Ungariae contentione in maximo periculo versari intelligimus, et cui pro Principis Christiani fide ac officio, vel omnibus nostris facultatibus consultum nunquam dubitaverimus. Et cum hoc tempore sine certo nostro Regnique discrimine ad sistendam et componendam eam, nihil opis adferri a nobis possit, Deum Opt. Max. precamur, ut hisce rebus secundiorem quam qui ostentari ac imminere videtur exitum adferat.

Quid enim de praesenti Transylvaniae statu Caesar Turcarum constitutum habeat et Illtem suam non ignorare existimamus, et ad nos literis ac nunciis ipsius perfertur, quibusquidem sollicitare nos non desinit ut Sermae sororis Illmique Nepotis nostri reditum in Transylvaniam non modo non impediremus, sed etiam auxiliis nostris iuvaremus, sua illis omnia praesidia deferens, apud nos tamen tanti et necessitudinis cum Illte sua et pactorum communium rationem fuisse, ut omni semper

studio consilioqz contenderimus ne res eò deducantur, at potius offensionem suspicio
nemqz grauem apud Caesarem Turcarum incurrere non dubitauimus, quam et committe
remus, amicitiae multis causis necessitudinis inter nos Mtemqz suam confirmatae ullu
officium in nobis desyderari. Vicissimqz nos à Mte sua petere, quandoquidem a no:
bis frustra in eo negocio in eam diem laboratum est; ut bona Mtis suae gratia de:
ponere onus hoc possimus, atqz nos ea difficultate leuare, qua, praeter ingentes mole
stias et suspiciones nihil profici intelligimus nisi forte Mtas sua aliud adhuc ali
quid a nobis fieri velit. Laborem enim nos non defugimus Mtis suae totiusqz Chri
stianitatis causa, sed frustra eum sumere, quodquidem hactenus fecimus, cum tan:
ti praesertim hostis irritatione nollemus, certoqz nobis persuademus nec Mtem qui
dem suam id a nobis postulaturam. Quemadmodum autem hac in causa observantiae
nostrae filiali erga Mtem suam satisfecisse nobis videmur, ita deinceps pe . m . . s
nostrae filiali erga Mtem suam satisfecisse nobis videmur, ita deinceps pe m s
occasionis studijs officijsqz nostris respondere illi conabimur, à Mte sua vicissim be:
neuolentiam officiaqz paterna expectantes.

Quod autem Mtas sua a nobis postulauit, ut si quae rationes nobis in mentem venirent
quibus Transyluania in potestate Christianorum retineri possit eas cum Mte sua
communicaremus, id eiusmodi est, ut vix videatur consilio expediri explicariqz posse.
Existimamus enim neminem unum quantumuis opibus copijsqz potentem eam contra
Caesarem Turcarum diu tueri atqz obtinere posse, in tanta porro rerum Christianarum
perturbatione ne expectandum quidem esse, ut viribus in unum collatis propugnatio
communis status ab uniuersis Principibus suscipiatur. Porro Mtas sua cui rationes
propriae cognitae perspectaeqz sunt, facile quid sibi agendum putabit, statuet, in eoqz
quid sibi expediat, atqz cum totius Christianitatis tum verò regionum suarum interest
expendet. Transyluania enim quod auertat Deus, in potestatem Turcarum redacta
in omnes et Mtis suae et nostras Regiones atqz adeo in uniuersam Germaniam aditus
illis patefactus fuerit, nullaqz amplius re eos morante liberè vbicunqz volent, ex
currere poterunt

Si Legatus noster interrogabitur quid in conditionibus per Mtem suam Sermae sorori no
strae propositis esset, quod vel impossibile nobis videatur, vel minus nobis pro:
betur, dicet, non conuenire ut nos hisce de rebus disputaremus, existimare qu

nob

67

nos Mti suae rationem consilij sui constare, sed quod Serma Regina eiusmodi
sunt visa facere nos non potuisse quin hoc Mti suae significaremus.

Si vero Mtas sua postulabit ut Sermam Sororem nostram vi retineamus neqz
in Vngariam proficisci patiamur, atqz hic pactis nos urgere voluerit, dicet, id no:
bis per leges Regni nostri non licere, ut impediremus eam debeamus, quominus Regno
nostro excederet ad quod liberè venit, cum nec Sermam D. parentem nostram
inuitam retinere potuerimus, neqz vero ad id ullis pactis nos vrgeri, quibusquidem
disertè cautum est, ut Mtas sua Caesarea Catholica Mtis atqz nostro arbitrio
Sermae Sorori Illmoqz Nepoti nostro satisfaceret, quod an factum sit, committere nos
iudicio ipsiusmet Mtis suae Poterit qz Legatus noster, cui haec pacta cognita sunt
si expedire illi videbitur, apertius etiam ea de re sententiam nostram explicare
dicet tamen, datum a nobis esse id necessitudini coniunctionique quae nobis cum
Mte sua intercedit, ut Sermam sororem nostram nullis auxilijs iuuemus. Aliud
autem fieri a nobis non posse, cum Caesar Turcarum apertè nobis bellum denunciet
si reditum eius impediamus.

Quod si Mtas sua receptam in Regnum nostrum quaeretur dicet Legatus noster, mi
nime optatum id nobis contigisse, neqz id sine magnis fisci nostri sumptibus esse, quippe
qui Sermae suae Illmoqz nepoti nostro suppeditare cogamur, unde se aulamqz suam pro
dignitate sustentare ac sustinere possint, id quod Mtem suam intelligere existimamus,
multoqz nobis gratius futurum fuisse, si vel in Transyluania agere illi licuisset, vel
cum istinc excessit ita rationibus dignitatiqz ipsius consultum esset ut ope
benignitateqz nostra fraterna minimè egeret. Postea verò quam sese in Re
gnum nostrum contulit non fuerit pietatis officijqz nostri eam excludere, quin etiam
miserantes acerbitatem fortunae illius, qua tantopere conflictatur, nullas habens
certas sedes quibus consistere posset omnibus opibus facultatibusqz nostris necessi
tates eius sustentare cogimur. Caetera fidei ac industriae Oratoris nostri commit
timus, qui id inprimis omni studio aget, ut omnem suspicionem a nobis amoueat
ac declinet, quae in Sermae Sororis nostrae partem propensioris, nec planè ex animo in
tractanda pace versari videri possimus, utqz doceat nos eius consilij quod Serma

Soror nra

Soror nostra amplexa est occasionem non dedisse, sed potius eos ipsos qui cum eam pollicitationibus e Transyluania euocauissent, iisdem pollicitationibus spe[que] Sertem suam protrahere non desinunt

Aget Orator noster apud Serenissimum Romanorum Regem quoniam eo ipso tempore, quod per nos dictum fuerat mittendis Commissariis ad cognoscendas componendasque controuersias, quae occasione finium inter Maiestatis suae subditos Silesios et nostros oriuntur, omnes Regni Senatores ad nos grauibus de causis Reipublicae conuocauerimus, non posse nos tunc publicis negotiis occupatos eorum quenquam ad illa obeunda mittere. Quare postulare nos à Maiestate sua ut eius rei tempus ad primam diem Maij insequentis anni differri patiatur neque id grauius ferat, nihil quidem nobis maiori curae esse, quam ut communis subditi ita agant, ut nulla sint inter eos dissidiorum dissensionumque causae, neque vicinitas ullarum rerum contentione inter eos perturbetur, sed grauioribus Regni negotiis tunc impediti illis rebus dare operam minus possumus

Dicet item. Delatum ad nos per querelas subditorum nostrorum esse villarum nostrarum complures colonos in Silesiam in Ducatum Glogouiensem perfugisse, indeque rusticorum manu coacta in fines nostros exire, ac per latrocinium villas Nobilitatis nostrae diripere. Eorum nonnullis captis et in quaestionis datis, compertum est, quendam Nobilem Melchiorem Reichemberg eos possessionibus suis recipere auxiliisque iuuare, ac praedam cum iis partiri, quae res cum et pactis communibus, quae cum Maiestate sua constituta habemus repugnet et magnam occasionem ad seditionem concitandam adferre potest, Postulare nos a Maiestate sua, ut pro iure vicinitatis pactis mutuis firmato primum eos ipsos colonos fugitiuos tradi, deinde in Melchiorem Reichemberg tanquam pacis publicae violatorem poenis legibus constitutis animaduerti iubeat.

Ad Paulum IIII Pontificem Maximum contra Cortisanos.

Beatissime.

Beatissime Pater etc. Quod et Diuus parens meus saepe et ego apud antecessores Sanctitatis Vestrae questus sum de eorum hominum importunitate qui beneficiis Ecclesiasticis in urbe consectandis multos passim Regni mei homines ac in iis omni vitae ratione ac officio graues et probatos vexare, atque ad multas et laborum et difficultatum molestias adigere soliti sunt, idem ut in praesentia esset mihi necessarium eadem haec illorum importunitas effecit. Atque hoc tempore tanto magis fieri a me oportere iudico, ut à Sanctitate Vestra de huiusmodi hominum temeritate coercenda postulem, quando et ea in dies magis ac magis increbrescit, et res eiusmodi sit, ut cum ipsa per sese nequaquam ferenda, tum inprimis hoc tempore atque praesenti rerum statu grauiter vindicanda videatur. Etenim in turbulento hoc rei Ecclesiasticae statu non fere ulla res est, quae uel in maiore omnium offensione versetur, uel ad grauiores in ordine Ecclesiastico motus suscitandos promptior sit, quam haec ipsa nonnullorum in Ecclesiasticis beneficiis captandis immodestia, per quam nihil non ab illis quantumuis inuidiae ac interdum malarum etiam artium plenum suscipitur. Itaque quod multoties ab antecessoribus Sanctitatis Vestrae postulaui, id etiamnum a Sanctitate Vestra postulo, ut eorum hominum importunitatem tandem comprimere, atque cum multos ex ordine Ecclesiastico graues, inprimisque honestos homines multis difficultatibus liberare, tum vniuersum ordinem leuare magna inuidia et magna perturbatione dignetur. In eo autem quod ad Sanctitatem Vestram hoc tempore referendum existimaui eiusmodi est. Ea consuetudo in Regno meo in omnibus Ecclesiis est, ut dignitates Archidiaconatus cum eas vacare contingit, per legitimam Capituli electionem conferantur. Atque eadem consuetudo Leonis Decimi Pontificis Bulla est confirmata. Cum enim Archidiaconorum munus, in cura administrandarum Ecclesiarum proximum Episcoporum functioni sit, publica utilitas Ecclesiae postulabat, ut ad hosce potissimum officiorum Ecclesiasticorum gradus nemo vocaretur, nisi cuius et vitae integritas et doctrina quamplurimis atque iis maxime quibus coram cognita esset probata

existerent.

existerit. Pro ea consuetudine firmata cum Archidiaconatus Calissien. vacaret electus ad eundem legitime est. Venerabilis Franciscus Krasinski Iurium Doctor Gnesnen. et Cracovien. Canonicus Secretarius noster, cum illius et doctrina et fides perspecta comprobataque ab omnibus esset. Eum porro in possessione iuris que suo turbare nititur, quidam Ioannes Dembowski Canonicus Posnanien. homo tota aetate sua litibus addictus, atque in vexandis hominibus occupatus nihil ipse ad id sacerdotium iuris praeter inquietam turbulentamque suam rationem habens. Quamobrem peto a Ste Vra, ut illi in ea causa silentium iniungi et Venerabilem hunc Franciscum Krasinski Secretarium meum lite absolui mandare dignetur. atque consuetudinem hanc Priuilegiumque Ecclesiarum Regni mei integram conseruare. Faciet in eo Stas Vra rem et aequam et inprimis ad rationem atque utilitatem Ecclesiarum Regni mei accommodatam. id quod Sti Vrae officijs obseruantiaque filiali semper promerebor. Tandem me Regnumque meum in gratiam Stis Vrae commendo Cupioque eam diu foelicem valere.

Instructio ad Sermum D. Romanorum Regem Viri Martino Cromero Iuris utriusque Doctori a Sacrae Regiae Mtis nomine data Vilnae die V. Octobris MDLVII

Principio Orator noster Serenissimo et Excellentissimo Dno Romanorum Regi ac Salutem nostro nomine faustaque ac foelicia cuncta precabitur, deferetque illi omnia nostra obseruantis filij studia et officia. Deinde dicet

Quibus conditionibus compositum sit de causis armorum, quae nobis cum Rndo et Magco Dno Magistro atque Ordinibus Liuoniae intercesserant et quemadmodum constituta et firmata inter nos pax sit, existimare nos Mtem illius ex Oratoribus suis quorum opera et diligentia id confectum constitutumque est. cognouisse. Itaque non operae precium nobis visum esse, ut quicquam Mti illius hisce de rebus significemus.

Quod porro Mtas eius tantum studij tantumque curae in ea ipsa pace conficienda insumpserit, et legatis mittendis, et authoritate sua interponenda, omnique officio quod ad munus pacificationis pertinet suscipiendo Primum in eo agnoscere nos Mtis illius in Rempub. Christianam studium, quo adnitendum sibi statuit in communi Christianitatis pace conseruanda, atque in eis causis quae ad illam inter Christianos Principes perturbandam valere possint, componendis. Deinde perspicere singularem Mtis illius in nos animum propensissimamque voluntatem quae etsi nunquam nobis, ullo in officio vel pristinae necessitudinis, vel coniunctionis a maioribus nostris institutae dubia aut obscura fuerit, nullam tamen eius significationem non gratissimam nobis iucundissimamque accidere posse.

Itaque cum pro nostro pristino instituto, quo maxime semper a sanguine Christiano profundendo abhorruimus tum inprimis, ut vicissim nostram in Mtem eius obseruantiam testaremur, studium et authoritatem illius secuti promptos nos faciles que ad omnes pacis conditiones extitisse. Etenim cum iustis nos aduersus eos armis usuros fuisse intelligeremus, quippe quae fuissent per nos suscepta ad vindicandas grauem calamitatem Rmi et Illmi D. Archiepiscopi Rigen. et protectionis fide et fraterna necessitudine nobis coniuncti atque ad persequendas nostras ditionumque et hominum nostrorum iniurias Cumque ita rebus omnibus ad bellum instructi essemus, ut non dubia nobis spes eius per Dei benignitatem ex sententia conficiendi proposita esset, illis (id quod non obscure nobis renunciabatur) non modo ad illud gerendum non paratis, sed etiam domesticis factionibus inter se distractis et dissidentibus, tamen non dubitauisse nos, quin vel iustissimas causas dolorumque nostrum, vel tot maximas ad summam rei gerendae oportunitates nobis propositas authoritati Mtis eius, quam apud nos de pace interasserat posthaberemus.

Cupientes in eo scilicet nostri in Mtem eius studij ac obseruantiae testimonium constare Atque tanto id etiam impensius factum a nobis esse, cum ex altero Mtis eius Oratorum intellexissemus, priuatim quoque illius, ut ea pax constitueretur interfuisse. Itaque cum ita saepe de ea actum esset, ut nulla conficiendae spes relinqueretur, tamen, et repetitionem nos passos esse, et frequenter iteratis inducijs, magno cum nostro, tum exercitus, ditionumque nostrarum incommodo tempus tracta

tion

dedisse, atque omnino cum nobis non difficile futurum fuisse consideremus, armis eos ad eas quas vellemus conditiones suscipiendas adducere, maluisse non modo opportunitate occasioneque, sed etiam aliquantulum iure nostro decedere, quam voluntati postulationique illius M^tis deesse. Sperareque nos M^tem eius cognitis conditionibus facile iudicaturam esse, quod in tantis opportunitatibus rei ex sententia gerendae ad conditiones tam leves, atque illis magis quam aut nobis aut R^mo et Illmo D. Archiepiscopo utiles descenderimus, M^tis illius gratia datum per nos esse, cuius nisi habita a nobis ratio esset, longe diversam nobis illisque tractationis rationem futuram fuisse. Sed haec quidem praeterquam quod M^tis illius gratia libentis iam fecimus etiam R^ndi et Mag^ci Domini Magistri Ordinisque Livoniae causa factum a nobis videri, non nos poenitebit, si lenitas haec nostra, (id quod fore speramus) ad ea quae foederibus mutuis constituta firmataque inter nos sunt atque ad perpetuam inter nos pacem sanciendam apud illos valebit.

Tametsi autem iam antea et per Oratores M^tis illius, et literis quas per eosdem ad M^tem eius dedimus gratias illi pro navata in ea ipsa pace constituenda opera egerimus, tamen voluisse nos hoc idem per nostrum Legatum facere, agereque nos M^ti illius eo nomine gratias, atque daturos operam esse, ut si quid quam mutui studiique officiique nostri proficisci a nobis in M^tem eius unquam poterit, in eo et huic tam propensae M^tis eius erga nos voluntati, et nostrae in eam observantiae filiali respondeamus. Dicet deinde

Cum superiori anno et propter nonnullas alias causas et inprimis propter Livonicam illam expeditionem tempus non tulisset, ut Commissarij finitimis nostrarum ditionum atque M^tis Vrae Silesiae controversijs disceptandis designati convenire potuerint postulare nos a M^te eius, ut ad primum diem Mensis Maij anni proxime insequentis Commissarijs suis in finibus adesse, atque ijs quorum interest id tempus agendo Conventui constitutum denunciari mandet, quod idem nos facturos apud nostros esse, ut ne indecisum diutius quidquam maneat, quod utrinque

M^tis illius nostrisque hominibus controversum vicinitatis ius atque rationem reddere possit, curaque erit Oratori nostro, ut et de tempore et loco in quo Conventus institui debebit, et Commissarij a M^te eius, constituantur.

Habiturus item negocium est Ill^mus D. Albertus Marchio Brandeburgen, atque in Prussia DUX, cum Ill^ri Dno Georgio Frederico Marchione Brandeburgen suo ex fratre nepote, de haereditate Ill^mi olim D. Alberti Marchionis Brandeburgen ex altero fratre nepotis sui, quamquidem et naturalis successionis iure et cum communibus domus Brandeburgicae tum nonnullis proprijs pactis conventis sibi debitam vendicare instituit. Etsi autem non dubitemus, quin Ill^ti eius et pro sua amplitudine et pro causae aequitate studium M^tis eius ad ius suum consequendum promptum futurum sit, tamen et antea nos per literas M^ti eius causam Ill^tis suae commendasse, et etiamnum commendare, postulareque a M^te eius, ut illi ad omnia authoritate sua adesse dignetur. In quo Orator noster prout expedire illi videbitur explicare poterit, quantae nobis vel officij vel necessitudinis causae intersint, ut magnopere nobis de eius negocio contendendum a M^te illius statuamus, et quam eo nomine devinctos vicissim nos illius M^ti existimaturi simus.

Dicet item secreto M^ti eius. Tametsi non dubitemus M^tem illius, quae ad statum incolumitatemque Ditionum suarum pertinerant et investigare diligenter et habere explorata. Tamen cum ad nos certorum hominum Nuncijs perfertur Caesarem Turcarum magno belli apparatu in proximam aestatem ad Viennam oppugnandam venire constituisse, atque eam rem iam non obscure a Bassis quoque illius iactari, existimasse nos pertinere cumprimis ad officium nostrum, ut de eo M^tem illius certiorem faceremus. Tametsi autem Legatus noster, qui ad nos isthinc nuper rediit nobis renunciaverit, illum et aetate et valetudine ita affectum esse, ut bellum nemini nisi gravi iniuria lacessitus illaturus sit, tamen et pro nostra in M^tem eius observantia, et quod pericula quae M^ti illius imminent, commum a no

nobis cum Mte eius ducamus, voluissetque nos quicquid id sit ad Mtem
eius deferre.

Causam item Civium Cracovien. ex supplicatione eorum instructus Orator noster
aget apud Mtem eius, dabitque operam ut eis omnia quæ ablata sunt, integré
restituantur.

ROMANORUM REGI

Exme ac Excellentme Princeps etc. Ex literis Mtis Vræ quas nobis Generosus
Casparus Pecchuis Orator Mtis Vræ reddidit intelleximus Mtem Vram a nobis re-
sponsum expectasse ad suas literas, quas de Livonicis motibus ad nos scripserat.
Porrò non meminimus ullas nos alias ea de re à Mte Vrã habuisse præterquam eas,
quibus prima die Mensis Octobris anni superioris scriptis Mtàs Vrà ad nostras re:
spondit. In quibus cum Mtàs Vrà scripsisset daturam se esse in Conventu Ratis-
bonen. operam, ut istæ controversiæ quæ istos motus excitarunt componerentur atque
ut et Rmo D. Archiepo et nobis satisfieret, omnesque belli causæ ita pararentur, ut
nullus cuiquam conquerendi locus foret. Expectandum nobis statueramus, quoad quid
effectum a Mte Vrã esset certiores ab illa fieremus. Quod autem Mtàs Vrà nos
hortatur, ut neutri parti subsidium præstemus, ac ne nos immisceremus hisce belli
cis motibus, sed potius ut componerentur dirimerenturque amicabili aliqua ratione
iuvemus ac promoveamus. Etsi summa semper apud nos authoritas Mtis Vræ exstitit
libenterque in monitis ac consilijs Mtis Vræ pro observantis filij officio acquiescere so:
leamus. Atque etiam maiorum nostrorum cum S. Romano Imperio Ordinibusque illius con:
stitutam amicitiam summo studio colamus, neque nullemus profectam videri à nobis
ullam eius violandæ occasionem. Tamen cum Rmo Dno Archiepiscopo Rigen. adesse
multis nominibus teneremur, (atque ut interim nostras cum eis controversias finium in:
iuriarumque finitimarum atque inhumanæ crudelitatis in subditos nostros vim taceamus)
cum ex præsenti illius causa ea quoque quæ ad nos pertineret enata sit, non vide
mus quæ nobis ratio esse possit, ut integra dignitate nostra vel deserere illum
vel pacificatoris partes suscipere possimus, præsertim cum id nobis ab initio conatibus

non

non modo temeritate Livonum licitum non fuerit, sed etiam gravis eorum ac
non ferendæ iniuriæ ne dicamus contumeliæ in nos exstiterint. Quibus de re:
bus etsi iam antea Mti Vræ exposueramus, tamen iterum repetendum putavi
mus, quo clarius Mti Vræ constare possit, nullam à nobis profectam esse cau:
sam, quæ Christianitatis pacem perturbaret, contra verò instas nobis armo:
rum causas ab ordine præstitas esse. Cum enim primum (ut rem omnem ab
initio explicemus) Ordo Livonicus accitus per Archiepum Rigensem in ea loca
venisset, sedesque illi attributæ essent, atque paulo post gravior Archiepis
esse cepisset, quam ut viribus suis eorum iniurias propulsare possent, maio
rum nostrorum Magnorum Ducum Lithuaniæ protectioni Ecclesia atque Archiepi
scopatus ille commendatus exstitit, in qua continuatis temporibus semper per
mansit. Cumque tempore quodam ab ordine per vim occupatus prope annis qua
draginta teneretur, maiorum nostrorum auxilio dignitati libertatique pristi
næ restitutus fuit. Atque etiam superioribus annis cum Magister principem sibi in
Livonia locum vendicaret. Divorum Alexandri patrui deinde Sigismundi pa
rentis nostri Regum authoritate ius Archiepiscopi defensum est. In qua quidem
propugnatione eius suscipienda, maiores nostri cum fidem protectionis sequuti fue
runt, tum inprimis habuerunt propositam totius eius regionis salutem. Videbant n.
ipsis inter se domestico bello conflictantibus perpetuo ac præpotenti illorum hosti
occasionem ad eos opprimendos præberi. Quod si accidisset, aliquod etiam
finibus suis periculum ex eius vicinitate imminere intelligebant. Itaque illo
rum hac propugnatione Archiepiscopatus, cum status ipsius est conservatus,
tum universæ Provinciæ illius tranquillitas. Superiore verò anno cum Rmus
D. Archiepus instituisset sibi Coadiutorem Archiepiscopatus cooptare Illrem
D. Christophorum Mechelburgiæ Ducem, egimus apud Magistrum atque Ordinem
ut assensum illi suum præstarent, cum in eo nihil adversus illorum ius fieri
intelligeremus, sciremusque ea de re Mtem Vram quoque ad eos scripsisse, atque

etiam

etiam antea ipsum Rmum D. Archiepiscopum eadem via in illum dignitatis lo:
cum venisse. Qua coadiutoriæ causa tractanda multa Rmo D. Archiepisco
po conditiones partim impossibiles partim non ferendæ a Magistro propositæ fue
runt. In quibus illa, ut si assensum ordinis obtinere vellet, efficeret, ut nos
illis remitteremus ius nostrum finium, de quibus controuersia nobis cum illis esset,
quasi vero tantum nostra intersit, qui Archiepiscopatum Rigen. obtineat, ut id fi
nium nostrorum iactura redimendum nobis putaremus. Paulo post vero missi á
Magistro nonnulli in Germaniam fuerunt, qui milites conscriberent, pararent copias,
atque eas mari in Liuoniam traijcerent. Quæ cum Rmus D. Archiepiscopus aduer
sus se institui comperisset, misit ad nos qui nobis haec de rebus exponerent, ora
rentque, ut et pro iure protectionis et pro necessitudine sanguinis aduersus iniustá
vim quæ in se pararetur auxilio sibi essemus. Quoquidem tempore, etsi eam
rationem officij nostri ducebamus, ut intelligeremus opem auxiliumque nostrum
Rmo D. Archiepiscopo deesse non debere, tamen non suspicati, ut cum nulla illis
esset armorum causa data, temere ei bellum illaturi essent, misimus ad utrumque
legatos nostros, qui agerent, ut si ullarum rerum controuersiæ illis intercederent
de illis disceptarent, aut arbitrio eorum quos sibi sumendos putauerint nostramque
operam illis eam ad rem detuleramus, aut ordinario S. Sedis Apostolicæ, vel
Catholicæ Cæsareæ Mtis iudicio committerent. armorum quidem contentionem ma
xime exitiosam rebus suis existimarent, neque veniendum ad eam sibi esse sta
tuerent. Quæ legatio nostra communibus utrorumque rationibus commoda
ac salutaris etiam á Liuonibus accepta est, ut eum quidem legatum quem ad illos mi
seramus sine ullo certo responso dimiserint. Qui vero Rmum D. Archiepiscopum adiret ab
hominibus eorum aduersus gentium fœderumque ius, quo liberam communibus legatis comme
andi potestatem esse oportuit, interceptus, atque cum alijs ex comitatu suo sex occi
sus nefarie est, ipsis id vel iubentibus, vel certe facinus eorum probantibus, id quod
facile intelligi potest, cum non modo nullis supplicijs in eos quos cædem fecisse

Constabat

constabat, animaduerteretur, sed etiam qui ex comitatu eius legati nri superfuerant
cum Instructionibus literisque nris ac rebus suis ab eis hactenus retineantur. Inde
confestim ab eis bellum est coeptum, obsessus Rmus D. Archiepus tandem ad deditionem
compulsus mox omnis Archiepatus in potestatem eorum redactus. Hæc dum gere:
rentur, neque exploratum nobis esset, quatenus arma eorum temeritate suscepta pro
gressura essent nostros quoque homines armatos ad fines adesse iussimus, ut si impe
tum facere conarentur præsidio illis essent. Venerant eodem tempore illorum ad
nos legati, qui ea quæ aduersus Rmum D. Archiepum gesta fuerant excusare conaban
tur, quique purgabant facinus gentium fœderumque iuris in legato nostro violati, sed tan
tum abest ut quidquam quod ad instituendam pacem pertinuisset ab illis ageretur, ut
per id tempus fœderis homines nostros ipsius ius sequutos, ac mercaturas visitatas libe
re exercentes interceptos rebus fortunisque eorum spoliarint. Interim tamen, etsi multis
in rebus fœdera violata ab eis essent et legatos eorum liberos dimisimus, et nihil quod
hostile videri posset egimus, præterquam quod hominibus nostris interdiximus, ne ulla sibi
cum eis commercia communia facerent. Atque pulsum ab eis per iniuriam Marschalcum ordinis
et ad nos supplicem venientem recepimus Regium esse ducentes iniquitate fortunæ perculsis
aut maleuolentia inuidorum de statu deiectis ope atque munificentia subuenire. Cum autem
illi nedum ullum offensionum finem faciant, deque ijs sarciendis nihil cogitent, sed etiam
nouas identidem accumulent, nosque et priuatim apud Germaniæ Principes, et publice in Con
uentu Imperij, quemadmodum ad nos perfertur criminare non desinant, non existimamus
conniueri a nobis diutius posse et Rmi Dni Archiepi consobrini clientisque nostri indi
gnam captiuitatem et Archiepatus contra fas occupationem et nostras veteres recen:
tesque offensiones. Etsi autem ex literis Mtis Vrà intelleximus datum esse nonnul:
lis ex Conuentu Imperij negotium, ut eas controuersias, quæ inter Rmum D. Archiepiscopum
atque Magistrum ordinis sunt, componerent. Tamen cum neque Mtas Vrà nobis qui illi
essent præscripserit, neque aliquid committi de nostra quam cum Liuonibus habemus cau:
sa præter voluntatem nostram potuerit, non putamus iuste reprehensurum quenquã
esse, si nos rem nostram agamus, atque si aliter non poterimus, armis ius nostrum per

sequamur.

persequamur. Deum autem testamur, qui consilia animosq; omnium perspicit, nos et semper a profundendo Christiano sanguine abhorruisse, et nunc abhorrere inuitosq; in eam necessitatem deduci. Ac propterea tametsi et à nobis et ab ijs à quibus propugnatio Rmi D. Archiepi suscepta est, multi ea causa sumptus facti iam sint, tamen ne nunc quidem condiciones pacis per nos sperni, si Rmo Dno Archiepo in pristinum dignitatis libertatisq; locum restituto, condiciones item ab ipsis accipiantur, offensionum nostrarum quemadmodum et aequitatis et dignitatis nostrae ratio postulat sarciendarum. Quam ob causam non grauatim sumus Sermo Dno Daniae Regi assensi, ut per legatos suos componendae pacis rationes tentaret, ut omnes intelligant, nos ea pacis causa arma sumere, et ea honesta parta, quin arma deponeremus non recusare. Quod si Liuones in temeritate sua perstiterint non dubitamus, quin omnes existimaturi sint, nequaquam uel officio nostro uel dignitati conuenire, ut illorum et in Rmum D. Archiepum tot nominibus nobis coniunctum iniurias, et in nos multas grauesq; offensiones diutius sustineamus.

Speramus autem in Dei Opt. Max. benignitate operam atq; auxilium illius armis iustis atq; ad propulsandas inimicorum in nos nostrosq; iniurias à nobis susceptis adfuturum. De Mte vrâ autem nobis pollicemur, illam causam nos etiam in sumendis hisce armis non modo probaturam esse sed etiam pro paterna necessitudine iniurias, quas ex importunitate illorum sustinemus, grauiter laturam atq; non solum non adiuncturam illis aduersus nos auxilium suum, sed etiam si quorum auxilia illis parari senserit, daturam esse operam, ut ijs aduersus nos uti nequeat.

Vicissim vero Mtas vrâ a nobis expectabit omnia officia, quae ab obseruante filio, multisq; causis necessitudinis iam à maioribus nostris institutae coniuncto proficisci poterunt. Tandem nos amori paterno Mtis Vrae commendamus, eandemq; diu foelicem ualere precamur. Vilnae die XXVIJ Mensis Februarij Anno Domini MDLVIJ.

INstructio ad Rndum et Magcum D. Vilhelmum Firstembergium Ordinis Theutonicorum in Liuonia Magistrum data Vilnae Decembr. Anno MDLVIJ

Legatus noster cum ad Rndum et Magcum D. Magistrum Liuoniae proficisceretur, ante ad Illm et Rmum D. Vilhelmum Archiepm Rigen. Marchionem Brandeburgen. diuerteret si in Kokenhausen aut aliquo loco in quo commodè conueniri posset, aderit, quem principis nostri nomine officiosè salutabit laetaq; illi cuncta et prospera precabitur. Deinde dicet

Cum se nonnullis de rebus legatum ad Rndum et Magcum D. Magistrum Liuoniae mitteremus, existimauisse nos pertinere tum ad officium nostrum necessitudinis et coniunctionis, quae nobis cum Rma Pat: eius intercedit, tum ad fidem atq; institutum susceptae a nobis propugnationis pro statu fortunis, dignitateq; ipsius, ut ea quae cum Rndo et Magco D Magistro Ordinibusq; Liuoniae de Rma Pat: eius restitutione rebusq; omnibus per pactionem transegimus, quam maxime integra illi praestentur. Itaq; datum sibi negocium esse ut ad Rmam Pat: eius descenderet, atq; primum studia nostra illi deferret, quaquidem velle nos, ut Rma Pat eius proposita sibi ad omnem suum Ecclesiaeq; suae statum et rationem existimet. Deinde ut à Rma Pat: eius perquireret, an in eo quod nobis cum Rndo et Magco D. Magistro Ordinibusq; Liuoniae de omnibus illius rebus ei praestandis conuenisset, satisfactum illi per eos esset, habereq; sese mandata, ut si minus illi satisfiat, ageret cum Rndo et Magco D Magistro nostro nomine, atq; id in quo minus quam conuentum est praestitisset ex pactis condicionibusq; ab eo repeteret.

Quod si Rma Pat: eius satisfactum sibi in omnibus per eos dicet, gratulabitur illi nostro nomine, dicetq; et laetari nos, et pro multis necessitudinis nostrae nominibus Rmae Pat: eius optare, ut quod confectum tandem de causa ipsius est, perpetuo illi sit honori et dignitati.

Sin autem Rma Pat eius adhuc se quicquam quod cautum pactis esset desyderare dicet acturus de eo diligenter apud Rndum et Magcum D. Magistrum e. E.

Exponet item R.mae Pat. eius supplicasse nobis per literas R.ndum et Generosum
Ordinis Liuonici Cancellarium ut operam authoritatemque nostram inter-
poneremus, apud R.mam Pat. eius, ut suscipere causam suam apud R.ndum et Magcum
D. Magistrum velit, intercederetque quo ad pristinum suum fortunarum dignitatisque lo-
cum restitueretur, aut saltem ut sibi conditio adferretur, qua istic libere atque cum
dignitate agere posset, sperans pace hac constituta, reconciliatisque animis, si R.ma
Pat. eius de causa sua intercesserit, facile se id quod laborat consecuturum esse.
Quem cum adiutum multis nominibus cupiamus, postulare nos a R.ma Pat. eius, ut
quatenus effici posse existimabit, opera auxilio authoritate illi sua, tum ad reditum
consequendum, tum ad sua omnia quoad fieri poterit recuperanda adesse velit, in
quo cum illum illiusque omnes sibi perpetuo deuinxerit, tum fecerit nobis rem gratam.

CVM autem ad R.ndum et Mag.cum D. Magistrum venerit, amica salutatione nostro nomine praemissa, delatisque Magcia eius nostris studiis ad omnia vicinitatis officia, principio si causa R.mi et Ill.mi D. Archiepi. postulabit, dicet
Quae constituta a nobis cum Mag.cia eius Ordinibusque Liuoniae essent de restitutione
R.mi et Ill.mi D. Archiepi. Rigen. consobrini clientisque nostri, atque de omnibus re-
bus R.mae Pat. eius praestandis ea nequaquam integre illi tributa a Mag.cia illius
esse perferri ad nos, id quod et pro necessitudine nostra, quae nobis cum R.ma Pat.
eius intercedit et pro fide protectionis officioque suscepta a nobis causae illius per
molestè nos audiuisse, mirarique nos, quod minus per Mag.ciam illius pactis inter nos
constitutis satisfiat. Itaque admonebit legatus noster Mag.ciam eius et eorundem pa-
ctorum et iurisiurandi illis ipsis de rebus praestandis dati. Quae si forte minutio-
res illi videantur cogitare eam tamen debere non secus in iis quam in maximis aduer-
sus pactionem fieri, neque minus ad eas transactionis et iurisiurandi fidem quam
ad caeteras ullas pertinere. Ad emolumentum enim fortasse plus in aliis momenti
inesse posse, ad officium sane necessitatemque fidei peraeque in magnis paruisque quid
conuenerit spectari, atque id nunc agi ut R.mae Pat. illius omnia ex pactione reddan-
tur, non quanti quidque quod reddi placuit haberi oporteat. Itaque requirere nos a
R.nda et Mag.ca D. illius, atque eam hortari dicet, ut quod ab ea fides ipsius postu-
lat R.mae Pat. eius praestet, neque committat, ut profectum a se quicquam videatur

quod alienum a fide Conuentorum existimari possit. id tum officium il-
lius poscere, tum gratum nobis fore, daturosque operam nos, ut in eo item omne
nostrum officium constet. Habebit autem a nobis Legatus noster exemplum
transactionis de R.mae Pat. illius restitutione institutae ex qua diligenter
singulis de rebus aget.
Exponet deinde. Intellexisse nos ex Oratore Mag.cia illius quem ad
nos superioribus diebus miserat, quid a nobis postulauerit de finibus, qui nu-
per inter Castrum Borosko et Promontorium Comodra a communibus Commissa-
riis instituti sunt, et quibus causis tum ex Priuilegii quod Radiuilonum di-
citur interpretatione tum ex nonnullis pactis, quae ante sexennium instituta
fuisse dicebantur, id quod per Commissarios nostros gestum est, Mag.cia illius
impugnet, petitque a nobis, ut signa ad limites indicandos per illos excitata tol-
li iubeamus, neque homines suos, qui ultra ea colunt illis locis decedere coga-
mus, atque omnino ut eam planitiem quae inter memoratum Castrum Borosko
et Promontorium Comodra media est, Mag.ciae illius esse patiamur.
In quo dicet nihil antiquius apud nos ipsius rei aequitate extitisse, me-
minisseque nos tenere, quid tum communi iure tum propriis pactis fieri a nobis
conueniat; ita scilicet nos fines nostros tueri debere, ut nihil ex illorum fi-
nibus detractum velimus, vicissimque tantum nos ipsorum rationi indulgere
posse, ut pro fide nostra nihil ex Ditionum nostrarum iure imminutum patia-
mur. Itaque in tota ea deliberatione non aliud nos quam ius et aequum spe-
ctasse. Porro cum ita nuper pactis conuenisset, ut fines ex praescripto Pri-
uilegii Radiuilonum dirigerentur, atque ad illud omnis eorum constituendorum
ratio accomodaretur, ex eiusque sententia Commissarii nostri medios hosce fi-
nes inter arcem Borosko et Promontorium Comodra fecissent, Ser.mi et Ex-
cellent.mi D. Romanorum Regis, atque Sacri Imperii Romani Statuum Orato-
ribus arbitris eam ad rem adhibitis, nequaquam admittere fidem nostram
qua ad tuendum ditionum nostrarum ius constricti sumus, ut quod tam so-
lenniter actum constitutumque est, ab eo discederemus, atque ultro finium no-
strorum ius conuelli pateremur. De planicie vero quae ad Castrum Borosko
pertinet, quam duum milliarium ex Priuilegio esse oportere dicebatur

cum Commissarii nostri ad reliquos fines constituendos venerint, atq; re a principio coepta ad eum locum ventum erit, quemadmodum id sese habeat clarum fore.

Quod autem afferebatur insequuta fuisse nonnulla pacta quibus omne id terrae quod inter Castrum Bowsko et Promontorium Comodra interest finibus Livonicis adductum esset, id tametsi constare nequeat, tamen quantumcunq; ita res esset cum novissimis hisce pactionibus conventum esset, ut omnis de finibus disceptatio ex Privilegio Radivilonum institueretur, nulla ratione id quod a Commissariis nris actum est reprehendi posse. Etenim si postrema quaeq; pacta, quod item ab Oratore Mgciae illius urgebatur omnia antecedentia iura et Privilegia et conventa tollunt, dubium non esse. quin etiam si ullae pactiones, quae ab Oratore Mgciae illius allegabantur intercessissent, tamen postremis hisce nuper institutis pactis diremptae abolitaeq; intelligerentur, in quibus non obscure cautum est, ut in ducendis designandisq; finibus cuncta ad normam et praescriptum Privilegii Radivilonum fierent, atq; ex eo de omnibus statueretur.

QVod autem Mgcia illius a nobis petiit, ut eam terrae partem, quae ultra Promontorium Comodra finibus nostris accessit illi remitteremus, in eo quominus gratificari Mgciae illius possimus impediri nos iure cum publico, quo alienare nobis quidquam ex ditionibus nostris non licet, tum privatorum ad quorum possessiones illae agrorum partes pertinent, quibus quidem nos quidquam derogare nec posse nec debere.

Illud sane nos libenter facturos fuisse, ut illorum locorum possessionem ab iisdem retineri pateremur. a quibus ad praesens tenentur, ea lege, ut ipsi quoq; in ius atq; ditionem nostram venirent, nisi eadem illa hominum nostrorum causa, quominus id integrum nobis esset, efficeret. Quorum privati iuris ratione fit, ut nihil de eis locis adversus illorum commodum statuere possimus. Quamobrem requirere nos a Mgcia ipsius atq; illam pro communium foederum et pactorum iure hortari, ut hominibus suis qui ea loca colunt imperet, ut isthinc primo quoq; tempore demigrent. et decedant ne nisi id factum sit, nos quod pro officio nostro tenemur, quodq; inprimis in ditione nostra iuste poterimus, iure nostro uti adversus eos necesse habeamus.

QVOD Mgcia eius questa est de damnis in Ditionibus suis per homines nostros datis, dicit Legatus noster, si quae damna per tempus expeditionis data sunt, eorum sarciendorum difficilem aut potius vix ullam extare rationem.

Etsi enim pro iure Induciarum diligentissime semper providerimus, ne quae hominum nostrorum incursiones in Mgcia illius ditiones factae fuissent, eamq; ob causam exercitum maximo regionis nostrae incommodo intra fines nostros tenuerimus, tamen neq; ulla diligentia tanta adhiberi potuit, quin interdum clandestinae irruptiones fierent. neq; si ulla damna illata eis sunt, non ea dem aut non multo graviora Ditiones nostras per eandem expeditionem passas esse. Sin vero compositis iam rebus atq; dimissis exercitibus, quidquam earum rerum Mgcia eius accidisse queritur, tametsi multa item ab hominibus Mgciae illius in ditionibus nostris per vim facta perlatum ad nos sit, tamen ut ne ulli rei ad pacatae vicinitatis rationem defuisse videamur, assentiri nos ut vel ea damna utrinq; compensentur. vel si id Mgcia eius malit Comissarii designentur, qui ad certum locum tempusq; conveniant, et de eiusmodi iniuriis cognoscant, earumq; utrinq; sarciendarum rationes per iudicium constituant, inposterum autem diligenter provideri utrinq; debere, ne quidquam earum rerum contingat. Quod si eveniat fore necesse, ut pro ratione foederum pactorumq; communium de eo statuatur.

DE Lustratoribus quod Mgcia illius postularit, ut eis faceremus potestatem locorum in ditionibus nostris investigandorum quo tanto expeditior res in adventum Commissariorum esset, libenter nos assentiri. Quo securius autem in indagandis locis versari possint, cum Mgcia illius missura eo erit, nobis ea de re significet, ut et literas illis et conductores mittamus. quorum praesentia tutiores illis omnes aditus essent futuri. qua eadem ratio potestasq; ut nostris item in Livonia fiat postulare nos.

Literas Privilegiorum Weischwilti et Schedibor. quae ad rationem finium cognoscendam pertineant. quas ut sibi transmitteremus Mgcia eius postularit nullas apud nos extare dicit, et si quae extarent eas nos libenter et nunc, et cum Possvoli tractatio institueretur exhibituros fuisse Quod si Mgcia illius ullas eius rei literas habeat, quo tanto magis expedita utrinq; ratio esset, postulare nos a Mgcia illius ut eas nobis communicet.

REceperat nobis item Mgcia eius daturam se operam esse de Rndo

et Generoso Casparo a Minster superiore ordinis Liuoniæ Marschalco redu:
cendo, atque cum ad eum quem proxime tenuit dignitatis gradum non posset, ad
illum tamen qui honori nominique suo responderet, euehendo. Cum itaque renuncia
tum ad nos esset Præfecturam Welmen hoc tempore vacare, voluisse nos Mg^ciam
eius promissi sui admonere atque ab illa postulare, ut ea Præfectura illi mandan
da, tum nobis gratificari, tum hominis clari atque inprimis in omni virtute spectati
et de illius Prouinciæ Repub.^ca meriti, existimationi ac fortunis consulere velit.
In quo Mg^cia eius cum illum sibi maximo beneficio deuinciet, tum effectura est
ut nullum in posterum illorum tumultuum vestigium extet, nihilque deinceps residuum
resideat, in quo ad paratum hunc per Dei benignitatem tranquillumque rerum com:
munium statum conuellendum aut omnino tentandum causa inesse cuiquam possit.
Habitura nos vicissim Mg^cia eius est ad omne tum vicinitatis tum amicitiæ studio
rum genus promptissimos.

Dicit item legatus noster. Perferri ad nos Mg^ciam illius famam diuulgasse, nu:
merata ab se nobis ex condicionibus sexaginta millia talerorum nomine sumptu:
um in bellum factorum esse, atque Mg^ciam eius eandem summam Contributione publi
ce imposita a Ven.li Capitulo Ecclesiæ Rigen. atque ab hominibus R.mi et Ill.mi D. Ar:
chiepiscopi exigere. Tametsi autem existimemus, si depacta per nos ea pecunia es:
set, nihil in eo futurum fuisse, quod alienum a dignitate nostra iudicari posset
præsertim cum nulla nostra causa ad illa ipsa arma suscipienda extitisset, omnisque
ab ipsis fuisset profecta: atque cum id coeteris etiam Christianis Principibus vsita
tum esse non ignoremus, ut in condicionibus armorum ponendorum de sumptibus belli
sibi præstandis nominatim cauere soleant. neque in eo tamen existimari quidquam
quod parum deceat fieri, maxime cum sumpta ab eis arma non ad inferendam sed
ad propulsandam ab se suisque iniuriam essent, sed tamen quemadmodum illud
si factum esset minime indecorum nobis futurum fuisse arbitramur, ita cum fa
ctum non sit, adduci nos in eam hominum opinionem nollemus, neque cum Mg cia
illius omnia pacis communis constabiliendæ causa ultro remiserimus, posse nos
æquo animo ferre, in eiusmodi hominum suspicionem nos vocari, ut quicquam pa
cis nomine exegisse a Mg^cia illius existimemur. Quamobrem postulare

nos a Mg^cia eius, ut ne eiusmodi tributis exigendis, aut serendis hisce ru:
moribus præbere cuiquam occasionem velit, aliter de nobis quam res sit suspi
candi; id ab ea et officium ipsius et mutuam amicitiam poscere. Quod idem
R.mo et Ill.mo D.no Archiep.o Orator noster dicet, ut R.ma Pat: eius sciat neque
quam ita se rem habere, sed omne id consulto ad causam imponendæ contributio
nis exigendæque pecuniæ prætendi.

Instructio Generoso Alberto Kriski ad Ser.mum D. Philippum Neapolis Regem Vilnæ die XVI January data Anno Domini MDLVIII.

Legatus noster ad Ser.mum D.O. Philippum Hispaniarum Catholicum et
Neapolis etc Regem. Principio M.ti illius salutem faustaque et foelicia
cuncta n.ro nomine precabitur, deferetque illi studia et officia n.ra quæcunque
proficisci a nobis possint, vel ad nostram erga Ser.tem illius beneuolentiam de:
clarandam, vel ad confirmandam augendamque eam necessitudinem et coniunctio
nem, quæ vetus nobis cum Ser.te illius domoque eius intercedit. Deinde dicet.

Renunciatum ad nos esse Ser.mam Principem D. BONam Reginam
Poloniæ Bari Ducem, matrem nostram desyderatissimam ab hac vita subla
tam esse. Cuius morte magnum dolorem nos cepisse, quem nobis et filialis pie
tas et domesticæ orbitatis casus adferret.

Relatum quoque una ad nos esse confestim a morte Ser.tis illius eos qui in lo
co Ill.mi D. Vice Regis Neapolitani præerant, quod is tum Regno abesset,
M.tis illius nomine Bari Statuumque illi adiunctorum possessionem cepisse.
Quod qua ratione factum sit nondum exploratum nos habere, eane ut Sta
tus illi resque securiore custodia asseruentur morte M.tis illius relictæ, an
vero aditæ hæreditatis nomine ex causa cuiusdam testamenti quod a M.te
illius factum profertur, quod cuiusmodi sit et quemadmodum sit conditum
nihil dum nobis cognitum esse.

Sane si ex eo testamento M.tis illius nomine accepta hæreditas est
non dubitare nos quin id præter eius voluntatem acciderit, neque illam id

quod

quod ita gestum sit esse probaturam. Sic enim nos de M^te eius existimare et statuere antiquissimam rationem apud eam esse tum rei aequitatis tum inprimis amicitiae et coniunctionis, quae nobis cum M^te illius omniq[ue] domo eius vetus ac multis causis constituta intercedit; quae nequaquam patitur, ut M^tas illius in haereditate hac et naturalis successionis iure et multis proprijs pactis ad nos pertinente nos impedire debeat, cum etiamsi legitimum testamentum Ser^ma D[omi]na mater nostra confecisset, tamen eo transferri a nobis alienariq[ue] Status illi nequiuerint.

Itaq[ue] adduci nos non posse, ut existimemus id M^te illius probante factum. Etenim nos ita de M^te illius iudicare nullum commodum tantum existere posse quod maioris apud eam ponderis sit, quam tot vel necessitudinis vel aequitatis officia. tantum abest, ut horum Statuum accessionem tanti apud M^tem illius fieri existimemus, ut vereamur, ne illius causa et illa tot officia et nostram amicitiam posthabendam sibi statuat. Quorum accessionem nec apud nos item maximi fieri, nisi in eo et aliae rationes nobis intercederent, et inprimis quod gravi contumelia affectos nos esse iudicaremus, si eos invitis nobis adimi, atq[ue] ad alium quempiam transferri contingat, cum praesertim nullo iure excludi nos ab eis posse intelligamus, at eam ob rem misisse nos ad possessionem eorum capiundam. Postularet[que] nos a M^te illius primum ut illorum possessione Praefectos suos decedere eamq[ue] ac caeteras res omnes integre, uti a Ser^ma olim D[omi]na Parente n[ost]ra habitae sint tradi nobis mandet, neq[ue] patiatur quidquam negocij nobis de ea ipsa haereditate suo nomine fieri. Quod si ex eius causa deberi sibi aliquid a nobis quisquam contendet, ei nos in iudicio respondere paratos fore; cuius rei expedita ratio est futura, cum Status illi in Regno M^tis eius sint, atq[ue] illius iurisdictioni subiacerant.

Quod si Legatus noster apud M^tem eius hisce de rebus obtinuerit, scilicet ut nobis possessionem Statuum tradi mandet, petet sibi literas a M^te eius dari, quas ad V[enerabi]lem Joannem Wysoczki Abbatem Landen[sem] Cantorem Gnesnen[sem] nostrum ad Sum[m]um Pontificem legatum Neapolim transmittet, unaq[ue] a M^te eius petet, ut Investituram ad eosdem Status nobis praestare velit, quam ad rem habebit a nobis proprium et separatum mandatum. Habebit et pecuniam apud Mercatores Gedanen[ses] Antuerpiae ad redimendam Investituram.

Quod si M^tas illius negaverit discessuram se iure suo esse, neq[ue] nobis eorum statuum possessionem permissuram, caeterum passuram, ut nos de iure nostro iudicio experiamur. Dicet Legatus noster nulla se in eo amplius a nobis mandata habere. Existimasse etenim nos M^tem illius et aequitatem rei perpendentem et ducentem apud se rationem eius necessitudinis quae illi nobiscum intercedit ius nostrum haereditarium impedituram non fuisse. Quod cum aliter acciderit nihil sibi reliquum esse quam ut de eo ad nos referat. In arbitrio nostro fore quemadmodum ius nostrum persequendum nobis statuamus, dubium quidem sibi non esse quin in eo omnes rationes pervestigaturi simus.

Quicquid autem apud M^tem illius effecerit, et quicquid obtinebit, sive etiam nihil obtinebit, de omnibus certiores faciet Legatos nostros tam V[enerabi]lem Joannem Wyssoczki Abbatem Landen[sem] apud Summum Pontificem Oratorem nostrum, qui Neapoli quoad de tota causa constitutum erit expectabit, quam V[enerabi]lem Martinum Cromerum Canonicum Cracovien[sem], qui a nobis ad Ser^mum et Excellent^mum D. Romanorum Regem Legatus missus est, a quibus vicissim quicquid illi apud M^tem eius curandum committetur id omne diligenter aget, utetur[que] in rebus omnibus ad eos renunciandis quanta maxima celeritate poterit, ad nos vero proprios tabellarios equis dispositis quoties opus erit, mittet.

Dabit item operam ut eorum studia qui in gratia M^tis eius esse existimantur, quam maxime ad causam nostram conciliet, ad quos literas fidei mittimus, quas prout illi commodum videbitur cuiquam nostro nomine offeret. Mittimus item illi pelles sabellinas, quas donabit ijs, quorum utilem operam sibi fore putaverit. Scripsimus quoq[ue] ad Ser^mam D. Reginam Angliae fidei literas, a qua petet, ut causam nostram Ser^mo coniugi suo commendet. Eas literas Ser^tis illius offeret si illi in Angliam M^tas eius adeunda erit. Quod si M^tem eius in inferiore Germania reperierit, tamen si commodum illi videbitur, aliquidq[ue] momenti allatura esset eius intercessio in Angliam ad Ser^tem eius cum literis nostris proficiscetur.

In familiaribus autem sermonibus, quos cum ijs qui M^tis eius gratiam obtinere putantur habiturus est, si mentio inciderit quemadmodum feramus de alienato a nobis eo Statu dicere ex sese poterit, in gravis et iniuriae

et contumeliæ loco eam rem a nobis poni, neque nos obscure præ nobis ferre omnes rationes nos persequuturos esse ad ius nostrum obtinendum atque ad iniuriam hanc nostram vindicandam.

Cætera fidei prudentiæque Oratoris committimus, qui faciet et aget omnia ita uti commodum et dignitas nostra requirere videbitur.

Martino Cromero apud SER.mum D. Romanorum Regem Legato.

Venerabilis devote nobis dilecte. Renunciatum ad nos est de obitu SER.mae Principis Dominæ Bonæ Reginæ parentis nostræ plurimumque doloris morte M.tis illius cepimus, quem nobis et filialis pietas, et domesticæ orbitatis casus affert. De cuius morte tametsi non ignoremus ad SER.mum D. Romanorum Regem iam antea quoque perlatum esse, volumus tamen ut D. Tua M.ti illius certiorem faciat dolorumque nostrum, quem ex morte M.tis illius capimus referat.

Exponat deinde. Transmissum ad nos esse quoddam testamentum Ser.tis illius, cuius initio cum hæres universalis instituti essemus, deinde partim particularibus institutionibus partim legatis universa Ser.tis illius bona quæcunque in Italia habuit translata ad alios esse. Inprimis autem Ducatum Barensem Statusque illi adiunctos Ser.mo Principi Dno Philippo Neapolitano ac Regi adscriptos, deinde cæteris alia omnia, ut ex iis nihil propemodum ad nos proventurum sit, quemadmodum ex exemplo testamenti quod illi mittimus D. Tua cognoscet.

De quo testamento cuiusmodi scilicet sit, etsi nondum quidquam certo statuere possumus, non dubie nos tamen suspicari illud vel suppositum esse, vel cum Ser.tas illius morbi dolorisque vi oppressa et confecta esset aliquorum importunitate calliditateque ab ea expressum. Etenim cum semper omnis filialis observantia nostra in M.tem illius extiterit, nullaque unquam offensionis causa a nobis profecta in illam esset, non existimare nos tantopere eam ab humanitate alienam fuisse, ut si Testamentum illud vel ab ea vere conditum fuisset, vel in eo condendo liberum voluntatis suæ iudicium illi constitisset, tanti tamque acerbi sui in nos odii testimonium eo relictura fuerit, cuiusmodi re de nobis statuenda quam parentes de liberis nonnisi

intolerabili aliqua eorum iniuria aut insigni ullo scelere perpulsi decernere solent. Quod si tam acerba illius a nobis alienatio fuerit aut ullo nostro facto tam implacabilem illius iracundiam subiissemus, ut nos successione sua excludere non dubitarit, Ill.mæ sorores nræ summa pietate summaque per omnem illius vitam observantia et officiis in eam usæ, quid tandem promeruerint ut eiusdem iracundiæ illius poenam perferrent. Clariora hæc scilicet esse, quam ut ea quisquam in liberos nulla eorum iniuria læsus sponte statuisse credi possit. In quos si ut quisque paulo asperius designat gravis aliqua causa argui solet, quod nemo temere ab humanitate, nemo ab officiis pietatis, cuius maxima in quoque vis erga liberos cernitur, discedere iudicatur. Hoc scilicet si ita est credi posse, id extremum vel iracundiæ vel odii exemplum a M.te illius in eas editum, non modo nulla ab eis offensionis causa, sed etiam omnibus meritorum et observantiæ officiis in illam profectis? Sed aliorum scilicet illud opus fuisse. M.tem sane eius de eo testamento vel ne cogitasse quidem, vel morbo debilitatam et sui potestatem vix habentem urgentibus resistere nequivisse obscurum non est. Quid enim si tanta illius vel in nos, vel in Ill.mas sorores nostras odii vis extitit cur non integra valetudine aliquod eius indicium dedit? cur non eiusmodi Testamentum cum integris viribus firmoque animi iudicio esset fecit? Nam potestatem quidem illius eius rei non fuisse dici non posse, quæ sane ut minus libera ei in Regno nostro fuerit (tametsi ne in eo quidem consilia illius impedire unquam voluerimus) in Italia vero toto pene biennio cur nulla eius tantæ a nobis alienationis mentio nulla significatio facta, biduum solum ante mortem, quo tempore uti ad nos perfertur sermonis potestatem iam amiserat tam adversum tamque infensum iudicium sui in nos, atque in Ill.mas filias suas animi protulit. Nempe ab iis quorum artibus illud Testamentum perfectum est, eiusmodi tempus est quæsitum, quo liberior sibi vel omnino subiiciendi confingendique vel extorquendi eius quod instituebant facultas fore videbatur. Facile enim perspiciebant, si id tentatum ab se integra M.tis eius valetudine fuisset futurum fuisse, ut vel sua in confingendo fraus patefacta ipsa sese conuinceret, vel rationes minus valerent in suadendo apud integrum neque ulla perturbatione impeditum animum.

illud

illud autem tempus utramque etiam ad rem maxime opportunum et accomodatum visum illi fuisse.

Quibus de rebus nos ad Maiestatem eius deferre voluisse, sperantes ad tam indignam iniuriam prohibendam Illustrissimam eius pro paterno in nos animo, proque ea necessitudine quae nobis cum Illustritate illius est consilio nobis operaque sua adfuturam esse.

Atque de Serenissimo item Principe Domino Philippo Hispaniarum Neapolisque etc. Rege eam spem nos habere Serenitatem eius eiusmodi testamento ad statum illum obtinendum usuram non esse, cogitaturamque in eo Serenitatem eius, quid ab se pro ratione et aequitatis, et eius coniunctionis, quae sibi nobiscum intercedit fieri deceat, quae nequaquam patietur ut Serenitas illius haereditatem cum naturalis successionis iure, tum multis proprijs pactis nobis debitam vendicare sibi debeat, atque vendicare ex eiusmodi testamento quod et multis nominibus suspectum est, et nihil de iure nostro quod ad illum ipsum statum habemus detrahere potuerit, confidere nos plane de Serenitate eius, non ullorum commodorum accessiones tanti apud eam fore ut illis vel aequitatis vel necessitudinis nostrae officia posthabenda existimet.

Sed tamen cum intelligerimus minus negocij nobis ad omnem causam apud Serenitatem eius obtinendam fore, si de ea apud Serenitatem illius Illustritas sua sese interposuerit quam ita uti par est, apud Serenitatem eius plurimum et authoritate et voluntate valere non dubitamus, postulare nos a Illustritate eius ut sive per legatum sive per literas intercedere apud Serenitatem suam velit, ut ne quidquam difficultatis nobis de ea ipsa haereditate suo nomine fieri patiatur, atque ut et ius nostrum impedire nolit, et ad universam nostram causam aequam facilemque se nobis praebeat. Non dubitare nos quin Illustritas illius et pro iure nostro et pro paterna sua in nos benevolentia atque pro confirmanda stabiliendaque in perpetuum eius necessitudinis coniunctione quae nobis cum universa Illustritatis eius domo intercedit diligenter hisce de rebus cum Serenitate illius actura atque Oratorem suum hisce de rebus ad Serenitatem illius missura sit. Quod eo magis petere nos a Illustritate illius D. Tua dicet, ne si Serenissimus D. Philippus Rex oppugnandum sibi ius nostrum adversus aequitatis rationem statuerit, imponatur nobis necessitas ullius rei suscipiendae, quae ad eam coniunctionem, quae nobis cum Serenitate illius domoque eius intercedit diremendam pertineat, quaeque ullos in Christianitate motus excitatura sit.

Etenim

Etenim certum nobis constitutumque esse, si ea iniuria per Serenissimum illius nobis afferatur omnes rationes eius vindicandae persequi, atque omnia si non ad iuris nostri obtinendi facultatem, saltem ad iniuriae ulciscendae spem, adire et conari, etiamsi extrema quaeque tentanda nobis sint. Quod si Maiestas illius mittendum sibi ad Serenitatem eius Oratorem statuerit, aget D. Tua, ut illi mandet, si qua in re legatus noster, quem ad Serenitatem eius misimus illius opera uti velit, ut ei adsit, praesertim si obtentum erit, ut Serenitas eius integrum nobis ius nostrum relinquat. Quicquid autem D. Tua responsi aut consilij a Maiestate eius de causa nostra habebit, id ad Generosum Albertum Kriski Aulicum et Secretarium, atque ad Serenissimum D. Philippum Regem Oratorem nostrum quam celerrime perferendum curabit. Morabitur autem D. Tua penes Illustrissimum eius quoad ab Oratore nostro, qui a nobis ad Serenissimum D. Philippum Regem missus est certior facta fuerit, quid isthic effectum est, Et siquidem Serenitas eius liberum nobis ius nostrum praestiterit, aget D. Tua gratias Illustritati eius quod causae nostrae studio intercessioneque sua adfuerit, daturos esse vicissim nos operam ut omnia nostra in Maiestatem eius mutua officia semper constent. Quod si nihil isthic confectum erit, quaeretur nostro nomine D. Tua primum apud Maiestatem illius, deinde apud Illustrissimos filios eius, tum apud eos Principes Germaniae, ad quos literas D. Tuae mittimus, tantam nobis a Serenitate eius iniuriam fieri, de quo nos ad illos referre voluisse, tum ut iustum dolorem nostrum eis declaremus, tum ut ad obtinendum et persequendum ius nostrum studijs consilijsque eorum utamur, in eamque sententiam D. Tua quae et ad dignitatem nostram et ad causam accommodata videbit apud eorum quemque aget. Habita ratione quemadmodum quisque vel ad causam nostram propensus, vel nobis ulla necessitudine coniunctus videbitur. Caetera prudentiae ac fidei D. Tuae committimus. Datum Vilnae die XVI Mensis Januarij Anno Domini MDLVIII°

Responsum Egregio Lamperto Gilsemio Reverendissimi et Magnifici Domini Magistri Livoniae Oratori Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae nomine redditum. Vilnae die XXI Martij Anno 1558

Dolenter accepit Sacra Regia M[tas] Dominus noster clementissimus de calamitate Prouinciae Liuoniae a Duce Moschorum illata, communemque pene sibi cum R[mo] et Mag[co] D[mi]no Magistro caeterisque Liuoniae statibus cladis eius dolorem ducit. Atque id tum propter Christianas ditiones a barbaro hoste crudeliter vastatas, sanguinemque Christianum profusum, tum intelligens, si (quod Deus auertat) illa Prouincia in potestatem illius redigatur, quanto eum ipsa grauiorem vicinum sit habitura. In quo quod R[mus] et Mag[cus] D[mi]nus Magister auxilium et consilium rebus suis a S. R. M[te] implorauit. Primum libenter Sac. R. M. fecisset, ut aduersus ea incommoda auxilia sua M[ag]ciae eius caeterisque Liuoniae statibus adiungeret, neque ab eo abduci se pateretur ijs periculis quae Regno Ditionibusque suis tum a communi nominis Christiani hoste Turca, qui in Hungariam magnis copijs aduentare nunciatur, tum a Tartaris imminent, nisi in eo induciarum, quas cum Duce Moschorum ad tempus constitutas habet fide atque iurisiurandi religione impediretur, quamquidem pro Christiani Principis officio omni ratione conseruari ab se oportere statuit. Etenim cum nullum sanctius fidei adstringendae vinculum inter homines sit iurisiurandi religione S. R. M[tas] cum ab omnibus quam maxime conseruandum esse existimat, tum uero Principibus enim potius adeunda statuit quam eius dati fidem violandam. Ac ne consilium quidem aliud Sac. Regiae M[ti] succurrit quam ut Status Liuonici quibuscunque aequis conditionibus pacem cum Moscho componant, eamque in id usque tempus extrahant, quod foederibus superiore tempore in Castris apud Poszwolie institutis, praescriptum est; aut si minus id poterunt, interim auxilium rebus suis a Sacri Imperij Romani Statibus implorent, quos illis praesentem opem ferre et posse et debere S. R. M[tas] intelligit. Se quidem Reg. M[tem] per tempus induciarum nihil subsidij aduersus Moschos cuiquam praebere posse M[ag]cia illius ex eo quod in Castris actum constitutumque est, cognoscit.

Excusationem R[mi] et Mag[ci] D[mi]ni Magistri, quam M[ag]cia eius adfert, quod incursione hac hostili impedita, minus adhuc satisfacere potuerit nonnullis rebus transactione pacificationis nuper instituta comprehensis S. R. M[tas] accipit; hortatur tamen M[ag]ciam eius quo operam det, ut primo quoque tempore eis ipsis rebus satisfiat id quod ab ea et fides pactorum, et communis pacis ratio exposcunt. Quod idem S. R. M[ti] curae futurum est, ut vicissim omne suum studium et officium in eis pactis conseruandis constet.

Quae uero superiore tempore R[mus] et M[ag]cus D[mi]nus Magister per Nobilem Michaelem Brunonem Oratorem suum ad Sacram Regiam M[tem] retulerat, Sacra eius M[tas] proxime ad ea per Oratorem suum M[ag]ciae eius respondit. Itaque nihil oportere existimat iterum hisce de rebus ad M[ag]ciam eius significare.

Cum autem D[ominatio] V[estr]a ad R[mu]m et M[ag]cum D[mi]num M[agist]rum Liuoniae redibit precabitur illi Sacrae Regiae M[tis] nomine salutem faustaque ac foelicia cuncta atque illi deferet studia Sacrae eius M[tis].

Responsum V[enera]bilibus Georgio Schwancz Praeposito et Jacobo Mek Canonico Ecclesiae Rigen[sis] R[mi] ac Ill[mi] D. Archiepiscopi Rigensis Legatis, Sacrae M[tis] Regiae Poloniae redditum Vilnae die XXI Mensis Martij Anno M D L VIIJ.

Tametsi Sacra Regia M[tas] Dominus noster clementiss. non existimat fuisse necessariam excusationem R[mi] et Ill[mi] in Christo Patris D. Vilhelmi Archiep[iscop]i Rigen[sis] quam R[ma] Pat. eius ad sacram eius M[tem] per D. V[est]ras detulit, quod hactenus Sacrae eius M[ti] gratias non egerit pro laboribus sumptibusque ab ea susceptis in R[mae] Pat[is] eius in pristinum dignitatis et honoris locum restituenda atque in Ecclesia Dioecesique sua ad libertatem vindicanda. Quin etiam Sacra eius M[tas] nullas sibi eo nomine gratias agi desyderabat, quod illa quae pro R[mae] Pat. eius dignitate proque Ecclesia ac Dioecesi Rigen[si] iure egit, eo animo egerit, ut non aliud spectaret quam et eius necessitudinis quae sibi cum R[ma] Pat. eius intercedit officium et protectionis ad quam sibi Archiepiscopatus Ecclesiaque Rigen[sis] commendata est, fidem. Tamen cum et excusatione hac R[mae] Pat[is] eius, et gratiarum actione perspiciat illius animum accepti ab se beneficij memorem ac gratum, non potest illi voluntas haec R[mae] Pat. eius non iucunda esse. Eamque Sacra Regia M[tas] agnoscens, tanto magis et saluti illi opem suam fuisse laetatur, et in posterum si unquam

attulerit, in quo R.mae Pat: illius Ecclesiaeq. eius studium ac opera sua usui esse possit, ea prompta illi ab se erit.

Quod uero alteram legationis D. Urarum partem attinet, dolenter accepit Sacra Regia M.tas de calamitate Prouinciae Liuoniae a Duce Moschorum illata, communemq. pene sibi cum R.ma Pat: eius, ac reliquis Liuoniae Statibus cladis eius dolorem ducit. Atq. id tum propter Christianas ditiones a barbaro hoste crudeliter uastatas, sanguinemq. Christianum profusum, tum intelligens, si, quod Deus auertat, illa Prouincia in potestatem illius redigatur, quanto eum ipsa grauiorem uicinum sit habitura. Aduersus quae incommoda libenter S. R. M. auxilia sua R.mae Pat: caeterisq. Liuoniae Statibus adiunxerit, neq. ab eo abduci se pateretur iis periculis, quae Regno Dominibusq. suis, tum a Communi nominis Christiani hoste Turca qui in Ungariam magnis copiis aduentasse nunciatur, tum a Tartaris imminent, nisi in eo Induciarum, quas cum Duce Moschorum ad tempus constitutas habet, fide atq. iurisiurandi religione impediretur, quam quidem pro Christiani Principis officio omni ratione conseruari ab se oportere statuit. Etenim cum nullum sanctius fidei adstringendae uinculum inter homines sit, iurisiurandi religione, S. R.a M.tas cum ab omnibus quam maxime conseruandum esse existimat, tum uero Principibus omnia potius adeunda statuit, quam eius dati fidem uiolandam.

Quod autem R.ma Pat: eius de consilio apud S. R. M.tem petijt, Sacrae eius M.ti nullum aliud succurrit, quam ut Status Liuoniae quibuscunq. aequis conditionibus pacem cum Duce Moschorum componant, atq. belli cogitationes extrahant in id tempus, de quo in foederibus, quae R.mo et Ill.mo D.no Archiepiscopo ignota non sunt, conuenit. Qua item de re libenter Sacra Regia M.tas operam suam apud Ducem Moschorum interposuerit, nisi intelligeret fore, ut ea res magis ad perturbandam, quam ad constituendam pacis rationem ualeret. Etenim praeterquam quod si Sacra Regia M.tas de pace componenda agere incipiat (tametsi ille non minus suae, quam Sacrae M.tis illius pacis cupidus sit) tamen ea res suspecta illi futura esset, maioresq. etiam pro insita ei natiua barbarie atq. ferocitate spiritus ad gerendum bellum ex eo sumpturus esset, ac duriores omnino conditiones, uelut metu perculsis ac perterritis

imponere conaretur. Neq. enim incognitum est diuersam omnino cum eo atq. cum Christianis Principibus tractandi rationem esse. Quare ne consilium quidem aliud Sacrae Regiae M.ti in mentem uenit, quam si ipsi per legatos apud eum de pace agant, nihilq. aliud Sacra Regia M.tas habet quod in praesentia significandum R.mae Pat: eius existimet.

Cum autem D. Urae ad R.mam Pat: eius redierint, salutem illi faustaq. ac foelicia cuncta Sacrae Regiae M.tis nomine precabuntur, deferentq. illi studia et officia Sacrae eius M.tis, quae non minus prompta sibi R.ma Pat: eius cognoscet, quam praeterito suo statu cognouit.

Instructio ad Ill.mum D. Henricum Iuniorem Ducem Brunsuicen. Generoso Achacio Czema Aulico Sacrae Regiae M.tis Vilnae die XXI Mensis Martij data. Anno MDLVIII.

Legatus noster ad Ill.mum Principem Dominum Henricum Iuniorem Ducem Brunsuicen., primum Ill.ti eius nostro nomine salutem faustaq. ac foelicia cuncta precabitur, deferetq. illi studia et officia nostra, quae quidem Ill.ti eius pro ea necessitudine quae nobis cum illa intercedit, prompta et parata ducet. Deinde exponet Mittere nos M.ti eius reliquam partem dotis Ill.mae Principis D. Sophiae coniugis Ill.tis eius sororis nrae charissimae, secundum quod inter nos pactis matrimonij conuentum constitutumq. erat. Quibus iisdem ex pactis petet uicissim ab Ill.te eius literas Quitantiae confici easq. conscribi ad exemplum hoc quod a nobis habebit. Auferet item ab Ill.te eius literas nostras, quibus illi nos de dote numeranda obligaueramus, et de quibus post ultimam dotis partem restituendas nominatim cautum in pactis est.

Perquiret etiam isthic secreto atq. indagabit diligenter de statu Ill.mi Domini Iulij Ill.tis eius ex priore matrimonio filij; cui si Ill.tem eius irasci aut eum durius ab ea haberi cognoscet, dicet nostro nomine

Cum Ill.ti eius omniq. illius domui pro ea necessitudine et coniunctione quam cum Ill.te eius habemus constitutam cuncta ea optemus, quae tum ad omnes prosperos rerum euentus, tum ad omnem eius dignitatem pertineant, non potuisse nos non moleste accepisse id quod ad nos perfertur, de Ill.mi D.no Julio Ill.tis eius

filio

filio, eum grauem Illtis eius iram subijsse. Quodquidem nobis cum ipsum
per sese pro nostro erga uniuersam Illtis eius domum studio et beneuolentia
molestum accidit, tum eo nomine molestissimum, quod multis datus existimandi
locus videbitur, eam iram Illtis eius in filium ab Illma Dnâ sorore nostra
coniuge ipsius concitari. A quo instituto etsi fortasse ij quibus causae eius rei co:
gnitae sunt Illtem eius alienam esse existimaturi sunt, atque id nos non dubie
nobis de ea persuadeamus, tamen intelligimus multos fore, qui partim ignoratio
ne, partim fortasse maleuolentia aliter de Illte eius iudicaturi sint, quique cogi:
taturi eam aduersus Priuignum suum communi nouercarum instituto uti, quae ple:
runque acerbiores in eos esse consueuerunt. Quaquidem existimatio etsi illi nu:
quaquam ad rei ueritatem pertinuissenda fuerit, tamen ad hominum opinionem,
cui non minus pene consuli oportet, omni ratione fugienda est. Atque etiam ad
reliqui temporis sui rationes quam maxime vitanda prospiciendumque diligenter
ne ulla ea suspicio penes se haerere possit. Quamobrem postulare nos ab Illte
eius, atque etiam pro coniunctione nostra eam hortari et monere, ut filium suum eo
quo par est amore complecti iramque hanc illi condonare uelit. Facturam in eo
Illtem eius rem paterno suo officio coniunctam, idemque nobis cum multis causis gra
tissimum futurum esse, tum in eo Illtas eius suum erga nos studium declarabit, si no
stram intercessionem apud se in re praesertim tam honesta ualuisse ostendet, quo
nomine vicissim omnia nrâ studia prompta sibi et parata habebit.
Adibit item ex itinere idem legatus noster ad Illmum D. Joachimum Marchionê
Brandeburgeñ Sacri Imp: Romani electorem Illmamque sororem eius Coniugem nostram
atque ad Illes Dnôs Pomeraniae Duces quos omnes nostro nomine amice salutabit, ac la
ta cuncta Illtibus earum precabitur. Dicetque cum se ad Illmum Dn: Ducem Brunsui
censem mitteremus, atque sibi iter in Ditionibus Illtatum earum faciendum esset, da
tum sibi a nobis mandatum esse de Illtibus earum visendis, eisque nos voluisse deferre
studia et officia nostra, quaecunque a nobis uel ad coniunctionis nrae necessitudinem
uel ad vicinitatis beneuolentiam augendam cumulandamque proficisci poterunt.
Illmae item Principi Dnae Duci Brunsuiceñ sorori nrae charmae amorem nostrum fraternum
officiaque omnia deferet nec non secunda illi foeliciaque cuncta precabitur. Ca
tera eiusdem legati nostri fidei ac diligentiae committimus.

ARTICULI in tractatione priua ta Legatis Ciuitatum Prutenicarum a Rmo D. Episcopo propositi XXIIIJ February Anno MDLVIIJ°.

PRimus. Quoniam graue detrimentum peruenturum sit ad subditos
atque Ditiones Regiae Mtis si nauigatio diu intercludatur, atque si a commer
cijs Anglorum longiore tempore cessetur, queratur Regiae Mtis nomine a
legatis, interdictum hoc quo commercia cum Anglis uetita sunt, quanto
tempore duraturum putent, et quamdiu Sermam D. Reginam Angliae existiment
mercibus quae inde exportantur carere posse, ut deinde interdictum id eam
adducere possit ad conditiones Priuilegiorum Ciuitatibus restituendorum.
Secundus. Cum eae merces quae ex ditionibus Regiae Mtis Anglis et
Belgis suppeditantur etiam aliunde subministrari illis possint. Nam et
e Dania et Suecia Regnis et ex Liuonia et Prussia et demum ex in
stituta hac Moschouitica nauigatione illa omnia haberi posse quae hinc
petuntur ligna scilicet, picem ceram linum, cineres, frumenta, et eius gnis
Quamobrem etiam atque etiam Regiae Mti videndum esse, ne si edictum de pro:
hibitis commercijs in Ditionibus suis promulget, ea res maius omnino detrimen
tum subditis et ditionibus suis importet, quam Anglis aut Belgis, qui ea
quibus egent aliunde habituri sint. Subditi autem Regiae Mtis neque earum rerum
quibus abundant exportatione, neque earum quibus egent importatione uti poterunt.
TErtius. Cum homines Regiae Mtis multa quorum necessarius usus est
ex Anglicis commercijs habeant, praecipue uero pannos stannum et eiusmodi
prouideri a Mte sua oportere, ne sublatis mutuis commercijs Ditiones Mtis eius
ex earum rerum inopia ad grauiores aliquas difficultates redigantur. quod:
quidem omnino euenerit si item in Belgio per Sermum D. Philippi comercia nris interdicat.
QVartus. Quod per eos Legatos in oratione sua petitum erat, ut Regia
Mtas Magistrorum cum in Prussia dominarentur, exemplo, auxilio eis ad
Priuilegia sua tuenda esset, proponebatur, longe diuersam illarum Regionum

rationem Magistrorum tempore extitisse atque nunc est. Etenim tum Anglia atque Belgium à diversis obtinebantur. Itaque si cum alteris dirimere eos commercia contingebat, eadem cum alijs integra eis constabant. neque illis unquam exportationis aut importationis mercium commoda defuerunt. Hoc autem tempore cum utraque illa Ditiones eidem subsint, si alterorum commercia abijcienda essent, ea amborum reijci oporteat. Tametsi enim SER^mus D. PHilippus in Regē Angliæ coronatus non sit, tamen et in matrimonio habet Reginam Angliæ et dubitandum non est, quin ad conciliandos sibi Anglorum animos, si eos cupere perspexerit, ut item ille in Belgio commercia nostris interdicat id facturus sit. Cuius rei magnum iam argumentum ab eo factum esse, quod Civitatibus suis, quæ Privilegijs cum coeteris Hansæ Civitatibus comunicant imperavit ne edictum hoc Civitatum accipiant aut apud suos promulgent.

Quintus Siquidem nemo ad causam alienam tuendam descendere soleat nisi sibi certis conditionibus, quid ab eo cuius causæ sese coniungit expectare vicissim debeat, caveatur. Nullus enim est tam aut sui aut subditorum suorum commodi negligens, qui alienam causam aliquo suo detrimento nullo autem emolumento proposito suscipiendam sibi statuat. Quod enim de Magistrorum Prussiæ exemplo ab eis commemoraretur. existimare Regiam M^tem ne eos quidem id ita fecisse, ut illis nihil mutuo à Civitatibus præstaretur. Itaque M^tem eius quærere ex eis, quid item sibi si causam illorum tuendam suscipiat, hoc nomine vicissim expectandum ab illis sit

Responsio Legatorum ad Articulos.

Ad primum quo quærebatur, quanto tempore interdictum hoc duraturum existimarent, respondebatur ab Oratoribus, difficilem omnino sibi in eo pronunciandi rationem esse. Neque enim in ijs rebus quæ vel in aliquo fortunæ eventu, vel in alieno arbitrio positæ sunt, quemadmodum casuræ sint se definire aut statuere posse confidere se tamen. Serm^am D. Angliæ, posteaquam cognoverit causam Civitatum a Regia M^te susceptam cessuram è sententia esse, atque illas ad Privilegia sua restituturam.

Ad secundum In quo dicebatur Regiæ M^ti etiam atque etiam providendum esse ne ex interdictis commercijs plus ad se subditosque suos detrimenti quam ad Anglos perventurum sit, quippe cum illi quas merces è Regno suo habeat ex Dania Suecia Prussia Livonia denique ex Moschovia habituros esse, respondebatur à Legatis, non modo nullum detrimentum Regiæ M^ti ex eo metuendum esse, sed magnam etiam accessionem commodorum expectandam, imprimisque eam tum ad Sacræ Regiæ M^tis dignitatem pertinere, quod Angli intellecturi omnino sunt, quantopere sua ad earum mercium facultatem intersit. Regiam M^tem rationibus suis faventem esse. Namque Daniæ et Sueciæ Regna non modo Angliæ et Belgio simul sed ne alteri quidem regioni eiusmodi merces diu suppeditare posse, atque id compertum iampridem et se et illos habere.

De Duce autem Prussiæ non dubitare se, quin idem quod Regiam M^tem statuerit sequendum sibi proponat, atque id eum et Legatis et coeteris non obscure significasse. De Magistro Livoniæ item eam spem habere, idem eum facturum esse, atque è numero sui esse nonnullos, qui Legatione apud Regiam M^tem confecta in Livoniam ea gratia profecturi sunt.

De Moschovia autem nihil esse quod metuendum videatur Iam enim ipsos quoque Anglos pertæsos illius navigationis esse, cum propter naufragia et damna ex ea iam accepta, tum quod multis periculis proposita sit. Accidere etiam id, quod SER^ma D. Regina Angliæ per edictum inhibuerit, ne quis ex Anglis in Moschoviam, nisi nominatim ei concessum ab se esset, navigare auderet

Quod vero eodem Articulo de damnis, quæ ditionibus Regiæ M^tis ex interclusis commercijs imminerent propositum erat, ne vicissim nulla sit importatio eorum, quæ ex Anglia huc invehi consueverunt, puta panni stanni et similia. Dicebatur. Eam omnium opinionem esse, atque id perspectum iam sæpe esse Regiam M^tem Anglicis mercibus carere posse, contra Anglos his nequaquam posse Quodquidem cum ab omnibus existimatum semper est, tum in præsentia Anglis declarari, vehementer ad Regiæ M^tis et dignitatem et commodum pertinuerit; sed tamen etiam, quæ de pannorum et stanni necessitate commemorabantur

rabantur

commemorabantur metuenda non esse. Primum enim tantam esse in Civitatibus Prussiae pannorum copiam, ut si vel nulla praeterea importentur, tamen ea quae sunt ante importata facile ad unius anni spacium universis Regiae Mtis ditionibus suffectura sunt. Stannum vero copiosius ex Germania suppeditari posse. Etenim praeterquam quod in hisce terris Anglici stanni rarus usus sit, etiam in Civitatibus suis perpaucos esse, qui stanni illius mercaturam faciant, cum id quod in usu communi est et copiosius et in locis vicinioribus ex Germania sumatur, Sed ut iam haec taceantur cogitare Regiam Mtem debere si Cymbrica Chersonesus seu Danicae illae angustiae intercludantur sane et exportatione et invectione omnium illarum rerum carendum omnino fuerit. Quam igitur ex dignitate Regiae Mtis futurum est, declarare id, quod necessario sibi ferendum aliquando fuerit, etiam voluntarium ferre posse, omninoque Ditiones suas non minus caeteris commodare posse quam ab alijs commodi caperent.

Ad Tertium. Ubi dicebatur periculum esse ditionibus Regiae Mtis ne Serenissimus D. Philippus suis hominibus commercia in Belgio interdicat, respondebatur id sperari de eo non debere. Etenim in beneficij loco eum ponere, quod superiori anno difficili suo tempore frumentis mercibusque harum regionum aditus sit: itaque expectari ab eo non debere, ut huiusce tanti beneficij ingratum se praestet. Quinetiam commodi sui causa id facturum non esse. Etenim Belgae cum semper harum Regionum mercibus maxime indigent, tum hoc tempore quo amissa Calesia urbe omni belli apparatu ad navales maritimasque copias verso plurimum ijs rebus, quae inde importantur opus habituri sint. Quod vero dicebatur, eum urbibus suis imperasse ne commune Civitatum Hansae interdictum a suis observari faciant, id etsi ita se habeat, tamen vicissim missos ab eis urbibus ad illum Oratores esse, qui Sertem eius admoneant, quid cum ei se subijcerent illis de iuribus suis conservandis iuravit. Itaque ne impedire Sertas eius velit, quominus et iure suo utantur. et foederibus quibus cum Civitatibus Hanse tenentur satisfaciant. Atque confidere se id eas impetraturas ab illo esse, cum illi certis legibus pareant, atque vicissim ille eisdem certo iure imperet.

Ad ultimum

Ad Ultimum articulum In quo de premio, quod Regia Mtas sperare ab ipsis deberet agebatur. Dicebant. fateri se quidem neminem suo periculo alterius commoda tueri debere, atque id ita comparatum esse, ut is qui beneficium in alterum collocat, aliquod mutuo commodum ab illo expectare debeat. Sed tamen Principibus cum eos qui ad illorum fidem se conferunt iniuria prohibent nullum maius premium existere posse dignitate et honore, quem amplissimum consequuntur, dum quamplurimi eorum beneficio statum fortunasque suas obtinent, cum que illis tantorum beneficiorum gratiam habent; quod Civitates eorum cum de alijs Principibus existimarent, tum inprimis de Regia Mte sibi persuadere. Quid enim est quod Regia Mtas in tanta dignitatis fastigio tantisque opibus ad auxilij sui gratiam remunerandam desyderare ab ipsis possit. Observantiam sane, honorum, fidem, gratitudinem. nunquam Mti eius defutura ab ipsis esse. Quasi Magros Prussiae eo nomine summa semper observantia coluerunt, tanto magis id in Regiam Mtem facturas esse. Itaque de premijs Mti Regiae constituendis nulla se a Civitatibus suis mandata habere Sed tamen si Regia Mtas premia velit posteaquam et rationes defensionis, quibus eos ab iniuria tueri velit, et vicissim quid hoc nomine praestari sibi desyderet explicarit, se ad Civitates suas relaturos quamprimum esse. Non dubitare autem se quin illae omnia ex dignitate Mtis eius, et ut suam observantiam erga Regiam Mtem testentur, facturae sint

Replicatio Regiae Mtis Domini

In rebus gravibus et quae ad Reipub. statum pertinent, quaeque multis incommodis implicatae sunt ad omnes casus consilia quam maxime accommodari et exquiri solere. Itaque eis mirum videri non debere, si ijsdem de rebus in quibus sibi minus per eos satisfactum esset, iterum ad eos referrent. Et primum

In priore articulo, quo se ab eis quaesiuisse dicebant, quanto tempore existiment interdictum hoc de prohibitis commercijs duraturum, ubi illi responderant certo se in eo nihil dicere posse, cum de ijs quae a fortunae eventu aliquo aut alieno arbitrio pendent, nemo certi quidquam recipere queat. replicabatur

Non requiri ab eis certam temporis definitionem, cum id in eiusmodi rebus fue:
rit difficile. Sed tamen cum eis omnis mercaturæ ratio cognita esset, quod eos
coniectura assequi verisimile est, id se ex eis quærere. Primum Quanto tem:
pore Anglos importatione mercium ex Ditionibus Regiæ Mtis carere posse existiment.
Deinde item. Quamdiu Ciuitates Hansæ ex mercibus, quas comparatas se habe:
re dicunt in Ditiones Regiæ Mtis ea, quorum necessarius usus est suppeditare posse
arbitrentur. His enim explicatis responsum ad primum Articulum fuerit.

Ad secundum Articulum. Quod dicebatur Anglos cogituros esse, quantum sua
ad earum mercium copiam intersit Regiam Mtem rationibus suis fauere: id quidem
etsi Regia Mtas optauerit, tamen ad hanc incertam spem certi quidquam sibi polliceri
inconsultum fuerit. Quod vero de Daniæ et Sueciæ Regibus dictum est, ea non pos:
se ne alterutri quidem Regioni Belgicæ scilicet aut Angliæ copiam mercium suppedi
tare, de eo Regiam Mtem incertam plane esse. Sed quantumcunque sane illi sup:
peditare possunt, tutius omnino fore, si cum illis quoque Regibus ageretur, ne etiam id
quod possunt illis præstent: Ita enim Angli maiori necessitate constricti facilius vel
sua Priuilegia Ciuitatibus integra relinquerent, vel omnino de eis per æquas conditio
nes cum illis disceptarent. De Duce item Prussiæ Regiæ Mti quid in animo ha
beat incertum esse, qui quamuis Vasallus Regiæ Mtis sit, tamen illi certis legibus subi
ectus, quas illi integras Regia Mtas seruatura est. Eademque ratione per Regiam
Mtem ignorari quid in eo sibi Magister Liuoniæ faciendum statuat qui si nauigatio
nes non intercludendas putauerint etiamsi Regia Mtas suis hominibus commercia cum
Anglis interdixerit, tamen cum eorum subditis interdicere per foedera communia neque
at futurum fuerit, ut ab illis merces Ditionum suarum ad Anglos euherentur.
Quare cum omnibus ijs ante constitui oportuerit, ut ita communi sententia id quod
ad communia Priuilegia tuenda susceptum est faciliorem euentum habere posset.
Quod item per eos de Moschouitica nauigatione expositum est, id aliter ad Regiam
Mtem perferri nunciarique etiamnum multos mercatores Anglos in Moschouia versari
atque in dies eorum naues eo commeare. Qua tamen de re quod nonnulla breui cer
tius cognoscentur in præsentia plura se dicere nolle.

In tertio Articulo.

IN tertio Articulo Quod dictum est Regem Philippum facturum non esse
ut in Belgio commercia hominibus Regiæ Mtis inhibeat, habiturumque eum ra
tionem et eius beneficij quod in præsentia ex Ditionibus Regiæ Mtis accepit et
commodorum suorum quæ quidem hoc præsertim tempore non patiuntur, ut mercibus
harum ditionum careat. Id quidem eadem ratione Regia Mtas optauerit, sed
item in eo præter nudam spem nihil aliud videt. Quid enim si et beneficij hu:
ius immemorem se præstet, et commodis suis aliunde prospiciat? Scilicet Ditio
nibus Regiæ Mtis magno detrimento carendum commercijs erit. Neque hic tam
aut de panno aut vero de stanno tantopere agi, quantum de cæteris rebus,
quibus ita iam assueti homines nostri sunt, ut eis carere nequeant, quæ item
etiamsi terra aliunde inferantur, tamen ad publicam utilitatem non alia eius
rei commodior ratio est quam ea quæ ex Anglia per nauigationem usus est.
Quod de Cimbrica Chersoneso dictum per eos est, replicabatur aliam rationem
esse eorum, quæ necessario eueniunt, aliam quæ voluntate asciscuntur. Etenim
illa quidem ferenda esse sed tamen ne eueniant omni ratione prouideri debere
his ultro se afferre nequaquam consilij est.

Ad Ultimum Articulum ubi commemoratum est. Tametsi communis ratio sit
ut nemo suo periculo alterius commoda tueatur, tamen eiusmodi esse Principum
conditionem, ut idipsum premij loco eis esse soleat quamplurimos ab iniuria vindi
care neque eo honore ullam ampliorem remunerationem illis existere posse. Si ta
men Regia Mtas omnino premium sibi aliquod constitui eo nomine velit, postea quam
explicarit quam rationem defensionis pro suis viribus suscepturus sit relaturos
se ad Ciuitates esse. Principibus honorem et dignitatem pro omnibus premijs cedere
re, saneque etiam quibusuis premijs antiquiorem esse. Sed quod a Regia Mte
ab eis postularetur, nequaquam eiusmodi esse, ut illi pro dignitatis suæ ratio
ne necessario suscipiendum sit. Deinde vero cum a Regia Mte agitur, quid a
Ciuitatibus mutuo expectare debeat, nequaquam de ulla pecuniæ mercede agi
tur, quamquidem Regia Mtas a nemine pro ope sibi ulla in re lata expectat.
Porro non solam inter homines esse mutuæ gratiæ referendæ rationem eam

quæ in numeranda pecunia posita est. Sunt enim aliæ rationes quibus homines et coniungi inter sese et vicissim de se mereri atque ad gratiam obligari consueverunt. Quod autem dicebatur, ut Regia Mtas explicet, quam defensionis suæ rationem Civitatibus offerat, id quidem ipsos Oratione sua planum fecisse: petiisse enim eos, ut Regia Mtas auxilio sibi esse velit exemplo Magistrorum, simulque exposuisse, quibus Magistrorum auxiliis usi essent, nullis enim aliis quam eiusmodi interdictis de non communicandis commerciis. Itaque id quidem ex oratione eorum constare. Iam item illud ab eis expectari de ratione premiorum. Etenim cum existimari nequeat, hæc in gratiam eorum a Magistris sine ullo commodo facta, proferrent, quibus rationibus Magistris mutuo satisfacere soliti fuerint, de quibus cum certi aliquid responderint, tum Regiam Mtem quid a se fieri oporteat deliberaturam.

Altera replicatio Legatorum.

AD primum articulum. Siquidem ab se non præcise definitum tempus quæratur sed tantummodo quod ex ratione mercaturarum coniectura haberi potest respondebatur, ita in recessibus Civitatum suarum sæpius se animadvertisse, cum eiusmodi casus ante inciderint, ut et Reges Angliæ Privilegia sua abrogare vellent, et vicissim illi Magistris Prussiæ ad causam suam adiunctis commertia interdicerent, Reges non modo annum integrum sed ne paucos quidem menses eorum mercibus carere potuisse, idemque nunc sese sperare, neque amplius tempus, quam unius anni interdicto poscere, confidereque intra id Regiam Angliæ se ad eius Privilegio sum restituturam esse.

Ad secundum articulum. Persistere se in eo quod proximo articulo dixerant Daniæ et Sueciæ Regna non modo Angliæ et Belgio suppeditare merces sed ne soli quidem Belgio posse, denique neque uni Brabantiæ. Itaque etiamsi illi a sua causa alieni sint, tamen parum se de eis curare omnemque suam spem in Regia Mte ponere. Ad cuius quidem dignitatem pertineat tot opulentas Germaniæ Civitates ab eo solo auxilium ad libertates suas tuendas petere, tantumque in eius præsidio spei collocare, ut eo sibi adiuncto, illoque fretæ non dubitent coeterorum

Principum auxilia negligere. Denique vero nolle se Regiam Mtem celare Civitates Hansæ communi consilio hominibus suis commercia cum Danis atque Suedis vetuisse: foreque, ut diligentes custodiæ publice ponantur, gravibus poenis constitutis ne quisquam adversus edictum hoc Civitatum ire audeat: fore etiam si id opus esse animadvertatur, ut mercatores iureiurando ad servandum edictum adigantur, denique ut fideiussores eo nomine sistant, atque ita futurum esse, ut ex Civitatibus Hansæ eorumve qui illis adierunt nihil mercium ad Anglos perveniat. Iam vero non expedire Civitatibus dicebatur, ut cum eis Regibus de societate adversus Anglos iungenda agerent, foret enim necessarium ut eis mutuo sese obstringerent ad eiusmodi quidquam quod vel grave vel incommodum Civitatibus fuerit. Itaque ad solam Mtem Regiam se velut ad sacram anchoram confugere.

Quod attinet Ducem Prussiæ sperare se eum fore in potestate Regiæ Mtis sperare etiam Civitates pro suis in Magistrum Livoniæ beneficiis id se apud eum effecturas esse, quorum utrumque Regiæ Mtis consilia sequi non illis præire convenit.

Ad Tertium Articulum dixerunt De Philippo Rege ita se confidere eum in Belgio nihil tentaturum esse, ut sicut dicebant per rerum naturam aliter esse non posse existiment, rationesque adiungebant superius commemoratas utilitatem scilicet necessitatemque propriam, qui in bello hoc maxime his mercibus opus habeat, subditorumque commodum. In quo exponebant illius Regionis consuetudinem, omnes isthic tam divites quam tenuiores facultates suas in navigationem collocare, quicquid lucrantur, quicquid operis quotidianis acquirunt, quicquid serunt, nent, et similia quæ enumerarunt partim in mercibus partim in navigiis similibusque rebus eos expendere, quorum omnium rationes interclusa navigatione omnes conciderint. Itaque si vel ipse Philippus maxime velit tamen eos de intercludendis commerciis passuros non esse, antequam tumultus maximos fore, quam id illis imponatur. Etenim eum certis legibus constitutum imperium in subditos habere extra quas non posse eum quidquam in illos decernere.

DE Moschovitica navigatione. de Cimbrica Chersoneso. de pannis,

stanno et similibus, eadem se dicere quae in priori replicatione.
Ad ultimum articulum ubi de premio Regiae M^tis constituendo actum est a
Principio usi sunt excusatione, quod aliter de primio hoc accepissent, atque di
ctum a R^mo D^no fuerat. Nunc autem planum sibi esse tum de voluntate Regiae
M^tis, tum de rationibus defensionis, quas M^tas eius ad causam suam tuendam
suscipere velit. Quod porro quaesitum est quae premia Magistro a Civitatibus
olim proposita fuerint, quodquidem ex recessibus suis se perspicere potuisse dice
bant, nulla alia inquiunt fuisse, quam quod Magister tot amplissimarum Ci
vitatum coniunctione a Sueciae et Daniae Regum bellis tutus erat, quodque ho
nos illi in eis Civitatibus semper habitus est, tanquam iurium earum protecto
ri, observatusque et cultus semper ab omnibus sociis est, quae quidem uti ab se
in Oratione commemoratum esset tanto promptiora ampliorAque Regiam M^tem
ab se expectare debere.
Quibus dictis R^mus D^nus relaturum se ad Regiam M^tem de iis respondit.

De causa R^ndi Domini Episcopi Vladislavien: sis summa deliberationis

Deliberatio haec quae in praesentia de causa R^mi in Christo Patris Do
mini Nominati Episcopi Wladislavien. incidit, an posteaquam summus Pontifex
omnino illi translationem neget authoritate Regia in possessionem Episcopatus
mitti debeat, ut ad rei Ecclesiasticae statum labefactandum maxime pertinet,
ita magna studiorum contentione utramque in partem agetur. Atque ii qui mitti
eum in possessionem Episcopatus authoritate Regia contendunt eas rationes af
ferunt. Primum explicant constituendorum Pontificum ius neque penes Papam
neque penes Reges initio fuisse, sed eos acclamari a populo, eligi a clero, con
firmari ab Episcopis Provinciae inprimisque ab eo, qui Metropolites esset, soli
tum fuisse; Postea vero quam et Reges populi partes in nominando sibi sum:
psissent, et summi Pontifices Episcoporum authoritatem in confirmando ad
se redegissent, clerique in eligendo ius ab utrisque oppressum esset,

universa constituendorum Episcoporum potestas ad Reges atque ad summos
Pontifices pervenit. Inter quos si unquam dissensio de Episcopis incidebat,
sique eveniebat, ut aut Reges alios nominarent, quam summi Pontifices vel:
lent, aut contra ii alios Episcopos renunciarent quam qui nominati essent, Re:
gum voluntates potiores semper fuisse. neque id tam propter summam eorum in
Regno potestatem factum esse, sed multo etiam magis iure. Etenim cum rectius
hic Principes de virtute deque meritis cuiusque iudicium facere potuerint, quam
Pontifices aequum non fuisse, ut id quod ipsi de illis hic statuerent Romae
cuiusquam delatione infringeretur. Jam vero cum in Polonia Episcopi et Ecclesia:
stica munera sustineant, et Senatoria dignitate in Repub^ca fungantur, feren:
dum non fuisse, ut invitis Regibus quisquam in eorum Senatum veniret. Quae
eadem praecipua causa fuit, ut ius liberae electionis Capitulis Ecclesiarum abro
garetur: neque enim convenire putabatur, ut eorum arbitrio constituerentur, qui
summam in Senatu authoritatem primariaque loca obtinerent. Proponitur quoque
ab eisdem, nequaquam ferre dignitatem Regiae M^tis, ut ius suum quod in no:
minandis Episcopis obtinet convelli, iudiciaque de eis sua everti isthic patiatur.
In quo superiorum Regum Poloniae exempla commemorarunt, qui ut iuris dignita:
temque suam tuerentur nunquam committere voluerunt, authoritatem hac in par:
te suam a Pontificibus expugnari; repeteruntque a Divi Jagielonis Regiae
M^tis Proavi temporibus, cum ille quendam Stanislaum Ciolek ad Cracovien
sem Episcopatum nominasset, contra vero Pontifex alteri eum eundem deferret,
cumque idem Casimiri tempore contigisset, in utroque Regum voluntates obti
nuisse, atque recentiore hominum memoria Divo Sigismundo Regiae M^tis
Patre regnante, delatum fuisse Episcopatum Plocen. ab Hadriano Pon:
tifice cuidam Marchioni Brandeburgen., cum is praeter supremam Pontificiae
dignitatis authoritatem iure etiam Curiae Romanae niteretur, in qua cum Epi
scopatus ille vacavisset, reservatus ex ea causa Pontificiae collationi
videbatur. Quam tamen rem adversus eum, qui a Rege nominatus fuerat

non valuisse, eundemq; hunc Regium confirmatum a Clemente Septimo Ha
driani successore fuisse. Quæquidem exempla pro iure valere oportere, admo
nerique illis Regiam Mtem debere, quid cum similes res illi inciderint maiorum
suorum imitatione statui a se deceat. Addunt etiam ad inuidiam
concitandam summum Pontificem non tam constanti iudicio, quam maleuolentia qua
dam de Dño Nominato Cuiauien. negare, a Rmo Dño Aloisio Lipomano Epi
scopo Veronen. qui eius nomine legationem apud Regiam Mtem obijt, in uniuer
sum aduersus nomen Polonum exacerbatum, qui dicitur quod apud Regiam Mtem
efficere non potuerit, ut dimidiam fere Nobilitatis Regni partem, quæ a Ro:
manæ Ecclesiæ sententia secessit, capite fortunisq; mulctaret, redeuns isthuc
criminari, se hic aduersus iuris gentium rationem multis nominibus violatum
esse. Itaq; hac illius criminatione Stem eius incitatam, parumq; quid ratio
nis ea in re insit curantem, id unum sibi desumpsisse, ut et Regiæ Mtis postula
tionibus repudiandis, et nullis Episcoporum nostrorum testimonijs, etiam eorum, qui
pro sua dignitate uel depugnare parati essent, accipiendis, cœterorum au
tem isthic attestationibus ne audiendis quidem, acerbitatem suam in Regiã Mtem
adeoq; in uniuersum Regnum depromat, atq; Domini Aloisij Lippomani uicem
quoquomodo ulciscatur.

Atq; eæ rationes sunt eorum qui mittendum authoritate Regia in possessionem
Episcopatus Rmum Dñum Nominatum censent.

Contra uero qui Regiæ Mti authores sunt, ut secundum Ecclesiæ atq; Sacrorum
Canonum instituta Episcopos Ecclesijs Regni sui præficiat, neq; earum administratio
nem cuiquam deferri patiatur, nisi Sanctæ Sedis iudicio pro ueteri Ecclesiæ disci
plina probato. Primum Regiæ Mti in animum reuocant, muneris officijq; sui
rationem, quæ eiusmodi sit, ut prima illi cura esse debeat de rei Ecclesiasticæ
statu conseruando, eoq; illum uel maxime pro Christiani Principis officio consilia
sua dirigere debere, ut instituta Ecclesiæ quam maxime integra conseruentur,
tantum abest, ut illam in eis euertendis quidquam suscipere conueniat. Atq;
eo magis Mtem eius in id omni cura et studio incumbere oportere, quod rei

Ecclesiasticæ rationibus uniuersæ Reipublicæ Regni status conuinctus sit, nullaq;
illius perturbationem existere posse, quæ non ad uniuersum Reipub. statum la
befactandum commutandumq; pertineat: id tum externis exemplis tum quoq; do:
mesticis iam non obscure cerni. Regiam authoritatem in rebus Ecclesiæ iure moreq;
maiorum summis Pontificibus subesse, atq; in eo et maiores Mtis eius et ipsam Mtem,
illius dato iure iurando illis se submisisse. Quare et maiorum exemplo, et sui offi
cij necessitudine facere Mtem eius non posse, ut aduersus Ecclesiæ instituta repudia
ta summorum Pontificum authoritate, ipsa arbitratu suo Episcopos in Ecclesijs
instituat. Quod si unquam aliquod tempus extitit, in quo ullo publico periculo aduer
sus summorum Pontificum authoritatem quidquam tentatum est; id certe eiusmodi
esse, in quo si id fiat, siq; ab eorum obedientia uel paululum discedatur pluri
ma et maxima incommoda Reipublicæ Regni immineant. Primum enim tantum
iam licentiosorum hominum audaciam ad res nouandas creuisse, ut nullæ leges,
nulla Magistratuum atq; imperij vis ad eam comprimendam ualeat. Itaq; cui
omni ratione Regia Mtas si incolumem Reipub. statum esse cupiat, obuiam ire
debeat, eam ipsa si obedientiam summorum Pontificum abijciat atq; Episcopos
quos uelit inuitis illis contra maiorum instituta Ecclesijs imponat, suo exem
plo confirmatura est, futurumq; mox esse, ut eo exemplo a Mte eius edito,
quo nondum hominum licentia progredi ausa fuerat, eo confestim prorumpat,
atq; inclinatas iam Ecclesiæ res funditus euertat, qua eadem internecione
uniuersæ Reipub. statum abolitum iri dubitari non debere. Atq; iam Mtem
eius facile perspicere posse, quid Reipub. periculi domi a suis in tanta hominum
licentia impendeat. Cogitare autem eandem debere, quid eidem incommodorum ab
externis quoq; ex ea causa metuendum erit. Primum enim apertum esse, Sum:
mum Pontificem omnes authoritatis suæ uindicandæ rationes persecuturum esse,
quod cum quiuis facturus esset, tum de hoc nihil dubitari oportere, qui quam
ad omnem iniuriam impatiens sit, quamq; in ea persequenda uehemens, atq;
ad omnia adeunda paratus, superiore tempore declarauit, quo cum dignitatem
suam ab aduersarijs uiolatam statuerit, ne tum quidem cum hostis ad portas

Romanas esset pacis condiciones accipiendas sibi putauit, nisi eiusmodi in quibus ipse pene superior videretur. Quamobrem omnia illum ad dignitatem iusque suum tuendum tentaturum esse, concitaturumque aduersus Regiam Mtem Principes Christianos, qui authoritatem eius sequuntur. Inprimis autem incitaturum esse Ducem Moschorum ad bellum aduersus Regiam Mtem suscipiendum, eique hac condicione delaturum esse insignia Regia, quod quidem tam pridem et ut ille studet, et nobis multis nominibus nocere posse ex nobismet isthic cognitum est. Incitaturum quoque Magistrum Prussiae ad repetendam Prussiam, eique uel ipse sumptus belli imperata Contributione Italicis Episcopis suppeditabit, e qua ipse non modo nullum damnum accepturus est, sed etiam aliquid compendij sibi facturus. Mandabit etiam Episcopis Germaniae, ut eidem auxilijs suis adsint, quodquidem illi lubentes facturi sunt. atque caeteros Principes ad illius auxilia hortabitur.

Et quo maiore euentu id moliri possit, faciet, ut aduersus Regiam Mtem sententiam de haeresi ferat, eamque excommunicet, et quod in eiusmodi rebus fieri consueuit Regnum publicet, subditosque a iuramento, quo illi fidem suam obstrinxerunt soluat quod etsi fortasse apud eos parum ualuerit, qui sanctissime semper Principes suos colere, fidemque eis datam constantissime seruare didicerunt Tamen id ad superiora incommoda tum concitanda tum grauiora efficienda ualebit Quamobrem etiam atque etiam Mtem eius cogitare debere, atque multas in partes spectare, quorsum ea res quae per nonnullos instituitur exitura sit. Quod vero in diuersae partis sententia primum proponitur. Initio Episcoporum constituendorum ius neque ad Summos Pontifices neque ad Reges pertinuisse, atque utrosque id quod alienum esset aduersus ius sibi vendicasse, in quo tamen potiores Regiae partes sint; Ad id ab alijs respondetur. Etsi ea quae de iure constituendorum Episcoporum ab eis commemorantur uera sint; tamen cum insequenti tempore hominum studijs ad ambitionem commutatis frequentes grauesque ex ea causa dissensiones ac pericula in Ecclesia nascerentur, ius electionis ab immensa illa multitudine ad paucos ita ut nunc est, redactum fuit, scilicet eo consilio quod putabatur fore, ut minor ambitionis occupatio pauciora que incommoda in electionibus ver-

sarentur.

si ea penes quam paucissimos esset. Quod autem dicatur potiores in eo Regias partes esse debere, id quemadmodum dicatur intelligi non posse Etenim Summi Pontifices et Ecclesiae Uniuersales Supremique Pastores habiti semper fuerunt, et eiusmodi authoritas illorum muneris extitit, quod ex antiquorum scriptis apertum est, ut penes eos omnium Episcoporum iudicium fuerit, ijdemque legitimis causis Episcopos remouere ab Ecclesijs suis potuerint, quod tanto magis potuerunt in ijs qui primum ad Episcoporum functionem vocarentur. Itaque non sine iuris ratione factum eorum defendi posse si ad corrigendos Episcoporum Prouincialium abusus eorum in confirmando ius ad sese transtulerint, cum ipsi et primum in vicariatu CHristi locum obtineant, et omnium Ecclesiarum cura pro muneris eorum officio ad illos pertineat. In regibus vero quae causae fuerunt, quibus et populi ius in nominationes suas redegerint et efferrerint, ut eae vicem cleri electionum obtinerent non satis explicari posse. Quamobrem eiusce quidem disputationis rationem, cuius grauiores in constituendis Episcopis partes esse oporteat dubiam ancipitemque plane videri. Sed utut initio fuit, cum in omnibus rebus dubijs dijudicandis non id spectari soleat, quod antiquitus ualuit, sed quod praesenti obseruatione legumque institutis continetur, cumque ius Episcoporum constituendorum nominationibus ad Reges, confirmatione ad Summos Pontifices redactum sit, atque id illis iam diuturnitate temporis sit firmatum, ita cuique iure suo uti conuenit, ut alteri suum integrum praestet. Quod si in eo quidquam insit quod corrigi oporteat, id authoritate Concilij decidi non alterius partis arbitrio immutari oportere. Etenim ut instituendae ita abrogandae cuiusque rei legitimas rationes existere re

Quod item commemoratur aduersus dignitatem Regiae Mtis fore si nominationes illius Romae rescindi debeant, primum non posse existimari id a Summo Pontifice ad Regiae Mtis dignitatem offendendam susceptum, sed potius pro officio suo Pastorio, pro quo nemini facile imponendas esse manus statuit. Deinde id quod iuris ratione fit, non debere Regiae Mti alienum a dignitate sua videri Quod uero superiorum Regum exempla recensebantur qui nominationes suas aduersus Summorum Pontificum contrarias uoluntates tutati sunt, Primum diuersum omnino factum eorum ab hoc iudicandum esse. Illi enim Episcopatus

Regni ab ijs, qui per Reges nominati erant ad alios transferre, omninoq[ue] nominationes Regias euertere studuerunt; Hic non id agit, ut ius nominandi Regiæ M[tis] impugnet. Sed ut in eo officij sui diligentiam adhibeat, quæ si forte cuiquam acerbior quam conueniat, videatur, in eo nihil se pugnare, atq[ue] sane idem sibi quoq[ue] videri, sed tamen omnino statuere sese aduersus officium fore, si ea causa ad hæc consilia detrahatur, quæ uniuersæ Reipub[li]cæ exitiosa sint futura.

Deinde uero quæ eorum Regum quorum exempla proferuntur obseruantia in Sanctam Sedem Ap[osto]licam fuit, credi de eis oportere, omnia eos primum apud Summos Pontifices tentasse, quam ad extremam illam rationem descenderint. Quamobrem si omnino exempla eorum retinenda sunt, etiam in eo retinenda esse, agendumq[ue] iterum per legatum apud Summum Pontificem, atq[ue] omnes rationes illi diligentius explicandas, tum si adduci se non patietur, ultima illa remedia suscipienda. Tametsi quidem de R[mo] D[omi]no Nominato Wladislauien[si] ita existimare dicebant, illum potius non modo Wladislauien[sem] Episcopatus, sed etiam omnium aliorum reditus quantumuis amplos neglecturum esse quam commissurum, ut illius causa tot incommoda in Republica eueniant.

Ad ultimum quod dicitur, quodq[ue] inprimis ad commouendam inuidiam pertinet Sitem eius R[mi] D[omi]ni Aloisij Lipomani Episcopi Veronen[sis] criminationibus adduci tam id agere, ut nullum Regiæ M[tis] postulationibus locum faciat, diuersum omnino quiddam etiam ex ipsiusmet D[omi]ni Abbatis Lanđen[sis] Regiæ M[tis] Oratoris literis perspici, qui scribit, Summum Pontificem dixisse, si Regia M[tas] alium nominet, libenter ei se confirmationem daturum esse. Quibus uerbis intelligere est, id S[ti]tem eius nunquam ad Regiam M[tem] offendendam instituisse. Quamobrem ne disputare quidem ea de re necesse esse. Atq[ue] hæ sunt rationes, quibus in utramq[ue] partem Regiæ M[ti] rationes proponuntur. Quas ego ad R[mam] P[aternitatem] V[est]ram perscribendas mihi esse statui ut R[ma] Pat: V[est]ra id quod agitur, quæq[ue] rerum commutatio impendet perspiciat atq[ue] de eo suam sententiam ad Regiam M[tem] plenius perscribere possit.

INstructio ad Comitia Prussiæ
Vilnæ die XIX Aprilis Anno MDLVIIj

Cum Sacra Regia M[tas] Dominus noster clementi[ssim]us, nihil tam ad officium

atq[ue] religionem suam pertinere statuat, quam ut uniuersarum Ditionum suarum statum integrum perpetuo incolumemq[ue] conseruet. Atq[ue] in eo cum omnes rationes, quæ ulla diligentia et consilio inueniri possunt persequatur, tum eas quæ antiquitus uel legibus constitutæ, uel in consuetudine positæ sunt quam diligentissime retineat, omninoq[ue] nullis rebus desit, quæ ad subditorum suorum utilitates atq[ue] Ditionum suarum statum confirmandum constabiliendumq[ue] pertineant.

Itaq[ue] cum in Prouinciæ huius more constitutum sit, ut hoc tempore Comitia quotannis conuocentur, in quibus publico consilio de communibus negocijs deliberetur Sacra eius M[tas] uolens ab se satisfactum ei quod pro commodo harum terrarum constitutum est Conuentum hunc ad diem D. Stanislao sacrum indixit, meq[ue] huc cum Mandatis misit, de ijs rebus de quibus sibi hoc tempore ad D[ominationes] V[est]ras referendum esse putauit.

Ac principio quidem Existimat Sacra Regia M[tas] meminisse D[ominationes] V[est]ras, quemadmodum proxime superioribus Comitijs Sacra eius M[tas] fisco suo multis magnisq[ue] sumptibus in Liuonicam illam expeditionem factis exhausto à Dom. V[est]ris postularit ut aliquo Contributionis publicæ subsidio sibi decreto fisci sui angustias ac difficultatem releuarent. Atq[ue] id quidem Sacra eius M[tas] fecit, tum maiorum suorum exemplo, tum eo quod sibi item frequenter usitatum fuisse meminit. Etenim non ignorat, eas maioribus suis propositas fuisse rationes fisci sui Reipub. sumptibus attenuati reficiendi, ut cum id incidisset, cum ad aliorum subditorum suorum, tum ad Dom. V[est]rarum extraordinarium tributi subsidium recurrerent. In quo ne sibi quidem unquam earum obseruantiam et studia defuisse memoria tenet.

Porro cum superioribus Comitijs multi Dom. V[est]rarum interesse non potuerint, ij qui interfuerunt, nihil sese, quantumuis Sacræ Regiæ M[ti] gratificari se cupere significabant, in aliorum absentia de tributo imponendo constituere posse responderant. Itaq[ue] cum ita discessum fuerat, ut Sacræ eius M[tis] spes facta in alia Comitia esset, fore, ut quod Sacra eius M[tas] à Dom. V[est]ris postularet, id illi communi omnium assensu tribueretur.

Itaq[ue] Sacra Regia M[tas] eius et postulationis suæ et promissi Dom. V[est]rarum admonere Dom. V[est]ras iussit, atq[ue] ab eis postulat, ut quam Dom. V[est]ræ in eo et maioribus suis et sibi frequenter obseruantiam quæq[ue] studia præstiterunt eadem hoc tempore præstent. Quod quidem tanto etiam magis nunc quam superioribus Comitijs Sacra

eius Mtas postulandum sibi a Dom. Vris statuit, quanto ad pristinos sumptus ab se susceptos praesens Reipublicae Regni sui necessitas grauequae periculum accessit.

Etenim non ignorare Dom. Vras existimat, quemadmodum proxime superiori tempore Tartari graui incommodo fines Regni affecerint. In quibus etsi praesidia equitum collocata erant, tamen illa hostium vis et inexpectata nostris, et maior quam ut illis praesidijs propulsari potuerit inciderat. Itaque perfertur ad Sacram Regiam Mtem certorum hominum literis et Nuncijs Barbarum hostem eo euentu elatum atque praedae spe illectum nouam irruptionem parare. Aduersus quae pericula Sacra Regia Mtas et veterem militem qui stipendijs emeritis discessurus iam e finibus fuerat retineri iussit, et nouum ad augendas copias non sine magnis suis sumptibus conscribi, ut si quid hostis ad nouam excursionem moliatur, maiore manu resisti illi possit.

Quamobrem postulat Sacra Regia Mtas, ut Dom. Vrae cum praeteritorum sumptuum suorum, tum praesentis Reipublicae Regni sui necessitatis rationem habeant, atque tantam Contributionem decernant, quantam ab ipsis earum, et in sacram Regiam Mtem obseruantia, et in communem Rempub. fides exposcit. Quod quidem Sacra Regia Mtas argumentum Dom. Vrarum erga se Remque publicam studiorum habitura est, atque daturam operam ut ea studia Dom. Vris et publice uniuersis et priuatim singulis per omnem occasionem gratia sua compenset:

Referre item Sacra Regia Mtas ad Dom. Vras voluit, id quod superiore anno in Comitijs Varschouien. magnis Ordinum Regni studijs flagitatum ab se est, et de quo eorundem Comitiorum Decretum intercessit, ut Sacra eius Mtas in proximis Regni Comitijs daret operam, tum de coeteris ditionibus suis, tum de terris Prussiae ad ius Regni adiungendis, utque omnino quod ea de re legibus Regni cautum est exequendum curaret. Itaque Sacra Regia Mtas perfecturam id se recipit non solum, ut ab se postulationibus eorundem Ordinum publicisque Regni Constitutionibus satisfieret, sed etiam quod vehementer ad commodum subditorum Ditionumque suarum interesse iudicat, quemadmodum omnes uno imperio continentur, ita omnes eodem iure ijsdemque legibus teneri. Id enim et ad concordiam coniunctionemque animorum qua vna omnis omnium Rerumpublicarum status continetur firmandam, et ad opes viresque Reipub. stabiliendas quas distractas ac dissidentes infirmiores esse oportet, et ad omnes deliberationes ad Rempub. pertinentes suscipiendas, plurimaque publica et priuata commoda

constituenda maxime opportunum futurum fuerit. Quamobrem Sacra Regia Mtas Do. Vras hortatur, ut ad Comitia Regni quae proxime indicentur praesto sint, atque et Senatores Terrarum in eis adsint, et Nobilitas atque Ciuitates Nuncios suos ad ea mittant, plenis mandatis eam ad rem constituendam instructos.

Referre item ad Dom. Vras Sacra Regia Mtas voluit, quod superiori anno in Comitijs Varschouien. Ordines Regni a Sacra eius Mte flagitarunt, ut ad insequentia Regni Comitia unionis constituendae causa Dom. Vras aduocaret: quod Sacra Regia Mtas Dom. Vris denunciandum putauit ut cum illis per literas ea de re significabit parata esse possint.

Fugerat item Sacra Regia Mtas pluribus in Comitijs, ut Dom. Vrae ad tollendas iudiciorum difficultates, quae saepenumero incidere solent propter iuris Culmen., ex quo omnes harum terrarum causae iudicantur incertitudinem et varietatem ijs quorum fidem atque industriam probarent committerent, ut illud ex usu et consuetudine iudiciorum corrigerent atque in locis quibus minus plene perscriptum est ~~corrigerent~~ complerent. Itaque id si factum iam sit hortatur Dom. Vras Sacra Regia Mtas, ut illud ad se transmittant, quo Sacra eius Mtas illud publicae obseruationi mandet.

Responsum Egregijs Viris Venceslao a Wrzesowicz in Nouo Castro et Valentino Saurman Legatis Serenissimi et Excellentissimi Romanorum Regis nomine Regiae Mtis datum Vilnae die V May Anno MDLVIJo

Legatio quam Sacrae Regiae Mti Sermi et Excellentmi Domini Romanorum Regis atque Statuum Imperij nomine Magcae D. Vrae exposuerunt, quae omnis in Sacra eius Regia Mte ad pacem cum Liuonibus instituendam adhortanda consumpta est eo gratior Sacrae Regiae Mti exstitit, quod et ipsa semper pacis studiosissima fuit. Nihilque unquam toto Regni sui tempore maiori curae habuit, quam ut omnes pacis conseruandae rationes tueretur, quaeque eam labefactare posse viderentur, ea summo studio defugeret, et si quae unquam offensionum causae incidissent, de ijs per conditiones potius transigendum sibi, quam earum nomine arma sumenda semper statuebat. Nihilque magis Sacra eius Mtas optauisset, quam ut in eo instituto manere sibi perpetuo licitum esset, atque vires suas, quaecunque illi

per Dei benignitatem contigerunt integras aduersus nominis Christiani hostem con
Seruare potuisset, neqz unquam in eam necessitatem veniret, ut armis sibi ad sanguinis
Christiani perniciem, vtendum esset.

Ac sane Sacra eius Regia Mtas cum multa saepe a Liuonibus armorum causae illa
tae sibi essent, eas per dissimulationem quandam frequenter dimisit, ut ne cuiquam leui de
causa ad arma decurrisse videretur. Cum enim antiquitus perpetua Lithuanis cum
Liuonien bella essent Posteaquam Lithuani quoqz per Dei misericordiam ad Christia
nae fidei agnitionem venerunt perpetua mutuo illis pax constituta fuit Quae tamen ita
obseruata a Liuonibus extitit, ut quotiescunqz maiores Sacrae Regiae Mtis externis
bellis aut alijs Reipub. negocijs impediti essent fines suos in Ditionem Lithuanicam non
armis sed paulatim sibi eius possessione usurpanda propagarent.

Itaqz cum ea causa indies oriri controuersiae coepissent, ad eas sedandas instituti fue
runt limites, qui postea Radiwlonam dicti sunt, ut cum vtrinqz quod cuiusqz esset cer
to iure obtineretur dissensionum causae tollerentur. Sed ne eos quidem diu
Liuones, qui semper in fines Sacrae Regiae Mtis inuaderent conseruauerunt rursumqz res
ad pristinas altercationes contentionesqz recidebat. Itaqz iterum Magister Ordinis, qui
hunc antecessit, ac deinceps is quoqz per legatos suos eosdem illos fines renouarant,
de ijsqz perpetuo seruandis se per iusiurandum obstrinxerant. Cumqz nihilominus
quae semel occuparant non redderent, resqz ad grauiores contentiones spectare videre
tur, intercessit Serenissimus et Excellentissimus Dns Romanorum Rex, qui Sacram hanc Re
giam Mtem diligenter hortatus est, ut eam controuersiam ad amicam potius transactio
nem referret, quam illius causa bellum mouendum sibi putaret.

Itaqz Sacra Regia Mtas tametsi non dubia iuris causaeqz suae ratio esset, et
pactionibus et duplici iureiurando constituta, tamen ut suum in pace conseruandae stu
dium constaret, facile eo se hortatu Sacrae et Excellentmae illius Mtis adduci passa
est, remqz omnem ad ipsiusmet Mtis suae Excellentmae atqz ad Illmi Dni Ducis Julia
censis arbitrium detulerat. Sed exorti deinceps sunt noui motus
in Liuonia, ex quibus tot profectae sunt in Sacram hanc Mtem Regiam offensiones
et contumeliae, ut Mtis suae animum ab instituta transigendi ratione auocatum, tradu
cerent ad suae ac Rmi D. Archiepi Rigen consobrini et clientis sui dignitatis tuendae
atqz subditorum suorum iniuriarum vindicandarum cogitationem, quae altius repeten
dae sunt, ut quae in ijs S. R. Mtis fidei officijqz necessitudo extitit clarius per
spici possit.

Cum

Cum enim initio ab Archiepiscopis Ordo in Liuoniam accitus esset, sedesqz
illis attributae, ut eam regionem aduersus finitimorum populorum vim tutarentur factum
insequenti tempore est, cum ipsosmet Archiepos Ordo armis premere coepisset, neqz
illis tantum potentiae esset, quo vim eorum ab se se propulsare possent, ut maiorum
Sacrae Regiae Mtis fidei ac protectioni Archiepatus Ecclesiaqz Rigen commendaretur
Itaqz nunquam illi deinde auxilium aduersus Ordinis vim defuit. Et cum tempore
quodam vniuersa Archiepiscopi Ditio ab Ordine possessa prope annis quadraginta
teneretur, eorundem maiorum Sacrae Mtis suae auxilio ad ius potestatemqz Archiepi
scoporum restituta fuit. Atqz etiam recentiore memoria cum Magister priorem sibi
locum isthic vendicaret Diuorum Alexandri patrui et Sigismundi parentis nostri au
thoritate dignitas Archiepiscopi defensa extitit.

Quaequidem res magnam Diuo Sacrae Regiae Mtis parenti offensionis causam apud
eos attulerat. Itaqz illum apud Status Imperij criminari odiaqz ordinum in eum
concitare semper conati fuerunt. Quod item nunc quoqz aduersus Sacram hanc Re
giam Mtem agere non desinunt, atqz in eam Sermum et Excellentmum D. Romanorum Re
gem et Status Imperij confictis criminationibus concitare student propter susceptam
ab ea maiorum suorum exemplo Rmi Domini Archiepi propugnationem.

Cum enim Rmus D. Archieppus Sermi et Excellentmi D. Romanorum Regis atqz Sacrae
huius Regiae Mtis ac Sermi item D. Danorum Regis postulatione adductus, instituisset
sibi Coadiutorem Archiepatus sumere Illmum D. Christophorum Ducem Megapolen
ac eam ad rem assensum Magistri atqz Ordinis requireret, delatae illi ab ipsis
eius rei fuerunt conditiones et impossibiles et nequaquam ferendae, in quibus
primum ut Prouinciam quandam Liuoniae Moschorum Duci tributi cuiusdam no
mine quod ad ingentem summam creuisse dicatur obstrictam liberaret. Dein
de ut apud nos efficeret, quo illis nostram de finibus controuersiam remitteremus,
constituto definitoqz illi tempore, quo responsum sibi ab eo dari vellent, atqz
adiecta armorum comminatione, si de causa cooptandi Coadiutoris eis condi
tionibus praetermissis quidquam agere conaretur.

Quae scilicet comminatio ne inanis videretur, confestim Commendatorem Du
neburgen in Germaniam ad cogendas copias atqz in Liuoniam transmittendas
ablegarunt. Quae cum Rmus D. Archieppus aduersus se parari comperisset, misit
ad Sacram Regiam Mtem, qui eam hisce de rebus certiorem facerent, orarentqz

ut ne sibi auxilium suum aduersus Magistri atque Ordinis iniustam vim deesse
pateretur; ab se quidem nullas eius rei causas profectas esse, ac si ullo nomine
obnoxius illis existimetur non se recusare legitimi iudicij cognitionem.

Itaque Sacra Regia Mtas etsi et pro ea necessitudine quae sibi cum eo intercedit
et pro fide protectionis, maiorum suorum exemplo illi se deesse non debere intelligeret,
tamen quod in suis controuersijs disceptandis fecerat, ut eas ad amicum arbitrium con=
ferret, idem conandum sibi in eorum dissensionibus componendis statuebat, ut illos hor
taretur, quo de suis causis non armis sed pacatis rationibus decertarent.

Itaque misit ad utrumque legatos; ad Magistrum quidem et Ordinem Rmum D. Episco
pum Samogitiae. Atque item alterum ad Rmum D. Archiepm. quibus negocium dedit, ut
curarent, de eis ab armis cum contentione reuocandis, atque de traducendis ad paratas
iuris sui persequendi vias, monerentque quantum periculorum illis domestico inter sese
bello conflictantibus a communi eorum hoste immineret, qui cum prope ceruicibus eorum in
cumbat, maximam ex illorum dissensionibus occasionem ad eos inuadendos regionemque
illorum opprimendam habiturus esset. Ea Legatio aequa, atque ad
rerum communium statum tuendum accommodata quomodo a Liuonibus accepta sit, ex ijs
quae sunt consecuta facile iudicare est. Nam Rndum quidem D. Episcopum Samogi=
tiae qui ad eos profectus fuerat absque ullo plane responso dimiserunt. Alter vero
qui ad Rmum D. Archiepum missus erat, aduersus foedera quibus omnibus Lega
tis, subditisque omnibus liberam commeandi potestatem esse oportuit atque contra ius gen=
tium in itinere interceptus cum parte comitatus sui nefarie occisus est, idque si non iuben
te Magro, nam id Sacra Regia Mtas non affirmat, certe probante, cum non modo in
eos quos tantum facinus patrasse constabat nullis legitimis supplicijs non animaduerte
retur, sed etiam ij, qui ex illius comitatu incolumes manserunt in eam usque diem
cum equis rebusque suis omnibus illic retineantur, vestibus quoque torquibus ac coe
teris ornamentis eius legati quae eo interempto in publicum redacta fuerunt, in
conuentibus publicis utuntur, atque quod maioris indignitatis atque iniuriae pondus
habet literas Sacrae Regiae Mtis atque instructiones penes se detinent.

Quod enim Magca Dom. Vrae Oratione sua commemorarunt, velle eos legati
S. R. Mtis caedem ijs a quibus facta sit deditis vindicare, praeterquam
quod Sacra Mtas sua facile intelligit, cuiusmodi futura illa deditio sit,

etiam

etiam nunc primum Magca Dom. Vrae illius mentionem intulerunt, cum antea
Liuones id suum factum velut si in eo minimum momenti ad iniuriam atque offensionem
inesset, leuiter tantummodo per literas atque per legatos suos purgare conati fuerint.

Confestim autem legato Sacrae Regiae Mtis violato, ut plane a rupto foederum gen=
tiumque iure bellum auspicari voluisse viderentur, suos homines ad arma excitauerunt,
obsederunt Rmum D. Archiepiscopum mox ad deditionem compulerunt, redactumque in
suam potestatem durissima conditione, atque nedum Principe, sed ne priuato quidem
quoquam digna habuerunt.

Inde vero Rmo Dno Archiepiscopo per obsidionem capto, omnique illius Ditione armis occu=
pata ad fines Lithuanicos progressi sunt. Itaque Sacra Regia Mtas etsi interea tem=
poris maiorem exercitus sui partem in diuersissimam regionem ad ipsum pene Borysthe
nis ostium ablegauerat ad excursiones Tartarorum de quibus crebris Nuncijs ad
Sac. Regiam Mtem adferebantur propulsandas, tamen cum Liuones finibus suis immine
re videret, incerta quem modum temeritati suae facturi essent, reliquias exercitus
ad fines opposuit seuere imperato, ne quidquam hostile in eorum fines facerent, sed
tantummodo, ut si qui ab ipsis impetus fieret suis praesidio essent, quemadmodum id
Praefectus exercitus Sacrae Regiae Mtis Firstenbergio, qui tum Liuonum copijs prae=
erat significauit, cum ex eo quaereret, quid esset cur Sacrae Regiae Mtis homines
cum armis ad fines adesse iussi essent.

Venerant interim fide publica eorum ad Sacram R. Mtem legati, qui ea quae fa
cta ab illis essent exponendis rationibus excusare conabantur, ita tamen ut quod
constabat, omnem eorum motuum culpam penes eos residere nequaquam factum
suum purgando diluere potuerint.

Quinetiam cum missa legatio illa pacis constituendae causa significaretur, per=
multa ab eis hostilia in Sacram Regiam Mtem profecta sunt. Namque et excur=
rere in fines Sacrae Regiae Mtis, et cum ijs qui in custodijs castrorum collocati erant
confligere non dubitarunt. Tum naues mercatorum Sacrae Regiae Mtis cum isthic
ex pristino foederum iure, quod nullum esset utrinque bellum indictum merca
turas suas sine ullo metu exercerent, hostiliter diripuerunt.

Et quamuis Sacra R. Mtas facile id in eos ulcisci potuisset, vel exercitu suo
ad peruastandos eorum fines immittendo, vel vicissim eorum Mercatoribus, qui
in Ditionibus Sacrae Mtis suae versabantur, pignorandis, vel legatis eorum retinendis,

quodquidem

quod quidem iure facturá fuisse videbatur tot rebus pace ab ipsis hostiliter viola
ta. Tamen cum fidei suæ maior ab ea ratio haberetur, quam omnis ad vindicandam in
iuriam opportunitatis, cumq; nollet ea exempla sequi quæ in ipsis reprehendenda
duceret, non modo legatos eorum honorifice habitos dimisit sed etiam nihil quod
hostile videri posset per exercitum suum fieri passa est.
Atq; etiam Sacra Regia Mtas in maximæ gravissimæq; eorum iniuriæ loco ducit, quod
cum tot armorum non modo iustæ sed etiam plane necessariæ causæ profectæ ab ipsis essent,
tamen criminari eam apud Sermum et Excellentmum D. Romanorum Regem, atq; apud Sta:
tus Imperij non dubitarint, quodq; amicitiam quæ illi semper cum Ordinibus Imperij
firmissima constitit dissolvere atq; bellum illi cum eis efficere conentur.
Itaq; tot iniurijs atq; offensionibus ab eis in Sacram Regiam Mtem cumulatis,
tamen Sacra hæc Regia Mtas in pristino suo pacis conservandæ instituto hactenus
permansit, neq; modo nihil ad eas armis vindicandas egit, sed etiam cum superiore tempo
re Sermus Do: Danorum Rex legatos suos pacis conciliandæ causa misisset, non mo
do non alienum se ab eius condicionibus præstitit, sed etiam pollicita est, se de suis
quoq; offensionibus et iniurijs satisfactione quæ dignitati suæ conveniret, suscepta
compositionem recusaturam non fuisse, si antea Rmus D. Archiepūs in pristinum liberta
tis dignitatisq; ac rerum omnium statum, quem ante acceptam hanc calamitatem obti
nebat integre reponeretur, nec impediturum se esse recipiens, ut cum restitutus esset,
si quid se ab eo iniuriarum sustinere existimarint, de ijs per legitimi iudicij discepta
tionem adversus eum experirentur. Porro ipsos iudices illius esse non posse neq; debe
re.
Itaq; cum ijdem legati essent in Livoniam ea causa profecti, si quod Sacræ Re
giæ Mtis studium ad restituendam pacem extitit, in eodem illi quoq; se præstitissent
facile res confici potuisset. Porro quæ initio eorum temeritas in suscitan
dis armorum causis fuit, eadem rursus in honestæ pacis conditionibus negligendis
extitit. Quod enim caput ad reconciliandam pacem erat, quodq; primum semper
esse Sacra Regia Mtas voluit, scilicet ut Rmus D. Archiepūs in pristinum rerum
omnium locum restitueretur in eo eiusmodi conditiones delatæ per eos fuerunt, quæ
in verbis tantummodo positæ essent, re quidem plurimum essent a restitutione ali:
enæ. præterquam enim quod restitutio non præsens neq; pura accipiebatur
sed conferebatur in tempus atq; conditionem quandam, etiam illius ratio huiusce mo
di erat, ut speciem eius quandam verbaq; ex composito sequuti, in re plane

ludificati esse videantur. Ita enim ad eam assentiebantur, Ut cum restitutus ad
pristinam dignitatem esset nullam illius functionem gereret, ac ne subditos quidem
iure iurando ad fidem sibi præstandam obstringeret, qua illo ad deditionem redacto
soluti atq; in verba eorum iurare coacti ab eis fuerant, sed confestim omnem rursus di
gnitatem ab sese abdicaret, esseq; tantummodo quadam redituum Ditionisq; parte
contentus, in qua eadem subditi eius fidem suam alteri non illi per iusiurandum præ:
starent. Jam vero aliæ conditiones ab ipsis delatæ eam
quandam rationem habebant, ut omnium eorum quæ acciderunt, quæq; adversus eum
per summam iniuriam acta erant causæ in eum conferrentur, confirmarenturq; ea,
quæ illo apud Sermum et Excellentmum Do: Romanorum Regem caeterosq; Reges atq;
status Imperij accusando congesta in eum per criminationes fuerant, quæ ille ab
se aliena docere velle significat.
Itaq; Sacra Regia Mtas cum eas conditiones non modo illi ad recuperandum pristi
num statum non accomodatas, sed etiam vehementer illius existimationem prægra
vantes animadverteret, etsi non statuit impedire, ut si eas commodo, dignitateq;
sua fore existimet, in ijs arbitratu suo permaneret; sed cum illis ita adhuc assen
sus esset, quatenus a Sacra Regia Mte probarentur, non Sacra Regia Mtas exi
stimat se integra dignitate sua illis assensum suum adiungere posse.
Et quoniam per Magistrum atq; Ordinem illius restituendi honestæ condiciones
negatæ sunt (nam ea quoq; plane nimis extorta ab illis esse legati Sermi
Dni Danorum Regis non obscure significarunt.) Sacra Regia Mtas nullas pa
ctiones conditionesve de suis iniurijs fieri voluit, id quod iam antea quoq; fa
cturum se negaverat, nisi Rmo Dno Archiepo integre restituto.
Ex ijs Mgca D. vrã cognoscent, quæ causæ armorum Sacræ Regiæ Mti per
eos illatæ essent, quantaue belli necessitas ab ipsis ei sit imposita, ut et Rmi
Dni Archiepi Consobrini clientisq; sui indignam calamitatem vindicaret, et ius foe:
derum gentiumq; legati sui cæde violatum, et multas eorum in se subditosq; suos
iniurias, finium quoq; vexationes ac depopulationes, ut interim multa quæ ab
eis contra dignitatem Mtis eius dici et fieri ad illam perferuntur hoc loco non
commemorentur, bello persequeretur.
Ad quod bellum etsi Regia Mtas quemadmodum iustis causis adducta est, ita

parata iam sit multosqz ea causa sumptus fecerit. Tamen tanta est SERmi et Excellentmi D. Romanorum Regis adhortationis apud Sacram Regiam Mtem pro eius filiali erga eam observantia authoritas, ut in illius gratiam atqz ad Statuum Imperij postulationem, ne nunc quidem aspernandas sibi esse pacis conditiones statuat, libensqz in eo et Serma ac Excellentma Mtis sua adhortationi, et suo pristino pacis in Christianitate conservandae instituto satisfecerit.

Caeterum eam pacem non tam in sua quam in Livonum potestate esse, intelligit, cum sibi quidem impositam necessitatem esse existimet, ut postquam nulla illi alia ratio offensionum suarum persequendarum reliqua est, quod ab se dignitatem suam postulare intelligit, eas bello atqz armis vindicet.

Quid vero a Livonibus si pacem velint fieri oporteat ipsae Magcae Dnoes Vrae facile secum expendere possunt. Tamen Sacra quoqz Regia Mtas id eis ab se significatum esse voluit. Non se alia ratione cum eis ad tractandas pacis conditiones descensuram esse, quam si Rmus D. Archiepus ante omnia in suum et libertatis et dignitatis et rerum omnium pristinum statum SERmi atqz Excellentmi Domini Romanorum Regis et Statuum Imperij authoritate restitueretur.

Id si factum fuerit non recusat Sacra Regia Mtas, quominus iusta et dignitati suae conveniente satisfactione ab illis suscepta suo nomine cum illis per quietas rationes transigat.

INstructio legationis ad Illmum D. Joachimum electorem Brandeburgen. Generoso Alberto Kriski

Cum venerit legatus noster ad Illmum Principem D. Joachimum Electorem Brandeburgen., principio illi nostro nomine salutem faustaqz ac foelicia cuncta precabitur, deferetqz illi honorifice studia ac officia nostra, quae illi pro vetere nostra cum clarissima Brandeburgen. domo coniunctione ac arcta cum Illte eius affinitate prompta semper parataqz dicet. Deinde legationem in eam sententiam proponet. INtelligere nos non ignorari ab Illte sua, quibus iniurijs Magistri atqz Ordinis Livonici compulsi arma adversus eos susceperimus: adductos tamen esse nos officio necessitudinis, quam cum Illte eius habemus, ut Illti eius id nominatim per legatum nostrum exponendum putaverimus.

quo scilicet constare illi certius possit, nihil nobis unquam antiquius extitisse studio pacis in Christianitate conservandae, summaqz diligentia a nobis provisum esse, ut ab ijs quae sanguinis Christiani profusionem afferrent, quam longissime semper abessemus. Itaqz multas saepe iniurias, quae integra nominis nostri dignitate ferri potuerunt per conniventiam a nobis suppressas esse, ne ad eius belli necessitatem subeundam redigeremur, ita de nomine Christiano nos recte mereri posse iudicantes (quam praecipuam Principis Christiani curam ducimus) si arma a pernicie Christianorum remota, quam integerrima conservaremus, si unquam incidisset, ut ijs adversus communem nominis Christiani hostem nobis utendum esset.

Itaqz cum iampridem Ordo Livonicus prolatis finibus suis in Magnum Ducatum Lithuaniae nostram ditionem iustam nobis armorum causam praebuisset, pro nostro perpetuo pacis in Christianitate conservandae instituto, rem arbitrio SERmi Principis Dom. Romanorum Regis disceptandam permiseramus, consultum cupientes communi Christianitatis tranquillitati, quae armorum contentione excitata perturbatam iri videbamus. Sed nova semper belli semina ab Ordine iacta sunt. Cum enim Rmus D. Archiepus Rigen. Coadiutorem Archiepatus cooptare sibi instituisset Illmum Principem D. Christophorum Mekelburgiae, egisse nos per literas apud Magistrum atqz Ordinem, ut illi assensum eam ad rem suum praeberent, non quo detractum quidquam de iure illorum cuperemus, sed ne officium nostrum ab Illmo Dno Duci Mekelburgiae desiderari pateremur, cum praesertim non ignoraremus Sermum quoqz et Excellentmum D. Romanorum Regem ea de re scripsisse, simul intelligentes ipsiusmet Ordinis permagni interesse, Principes Germaniae officijs quammaxime devinctos sibi habere.

Cuius Coadiutoriae causa tractandae exortae sunt nonnullae inter Magistrum Ordinemqz et Rmum D. Archiepiscopum controversiae, quibus cum eo processum esset, ut res arma spectare inciperet, cum nollemus eo rem deduci, simul intelligentes si id accidisset nobis necessarium fore, ut ijsdem armis implicaremur quod Rmo Dno Archiepo pro ea sanguinis coniunctione, quae nobis cum Pate eius intercedit, atqz pro fide protectionis in qua Archiepatum Rigen. habemus auxilium nostrum deesse non posse intelligeremus. Itaqz agendum nobis apud utrumqz per legatos existimavimus, ut deposita armorum contentione

de controversijs quæ illis intercederent, arbitrio eorum quos sibi deligendos
putaverint, transigerent, aut ordinario iudicio disceptandas paterentur, exi-
stimarentque nihil magis exitiosum rebus suis fore, quam illis intestino bello in-
ter se distractis, sempiterno illorum hosti cervicibusque eorum prope incumbenti oc-
casionem ad eos opprimendos præberi.

Qua legatione cum æqua, tum in utramque partem salutari non modo nihil a nobis
profectum esse, sed etiam Ius gentium in legato nostro per Magistrum Ordinis esse
violatum. Nam is legatorum nostrorum qui ad Rmum D. Archiepiscopum profectus fuerat
ab hominibus Magistri interceptus in itinere cum omni comitatu est occisus, alter qui
Magistrum adierat, incerto responso est dimissus; inde confestim bellum ceptum
obsessus Rmus D. Archiepus tandem redactus in potestatem mox ditiones illius
omnes per vim occupatæ. Hæc dum gererentur intelligen-
tes necessitudinem officij nostri, quod sustinere nos ad ferendum Rmo Dño Archiepo
auxilium existimavimus, longiorem cunctationem non admittere, nostros quoque homi-
nes ad arma excivimus, ne interim quidem rejicientes, si quid ad pacem concilian-
dam profici posset. Nam legatis eorum de pace agentibus hoc responsum a nobis
est, ut si Rmus Dnus Archiepiscopus in pristinum et dignitatis et libertatis locum
restitueretur, ac tam graves iniuriæ nobis illatæ sarcirentur nos quoque ab armis
discessuri essemus.

His agendis hactenus tempus esse ductum, nec quidquam aut studij aut operæ
quodquidem huc pertinuerit a nobis esse prætermissum, sed quæ Magistri atque
Ordinis temeritas in movendis armis initio extitit, eadem nunc quoque perseverat.

Itaque impositam nobis necessitatem intelligentes, ut et Rmi Dni Archiepi iniustam
indignamque calamitatem vindicaremus, et iniurias quæ ab illis profectæ cu-
mulatæque in nos essent persequeremur, arma sumenda statuimus, spem in beni-
gnitate Dei Opt. Max. collocantes, confidentesque, illum auxiliatorem nobis ani-
morum officio necessario susceptorum ad futurum.

Persuadere nos porro sibi de Illte sua eam nostras in hoc bello suscipiendo cau-
sas non modo probaturam, sed etiam eo loco habituram esse, ut illas non minus
ad se atque universam domum suam, quam ad nos pertinere existimatura sit
quippe quod non tam nostra quam Rmi Dni Archiepi causa suscipitur.

Ac nos quidem et coniunctione qua nobis cum universa domo Brandeburgen in-
tercedit, et fide protectionis in quam nobis antiquitus Archiepiscopatus Rigen commen-
datus est adductos, causam Rmi Dni Archiepiscopi libenter suscepisse propriamque
ducere, neque nobis de ea, nisi re perfecta quiescendum statuere.

Quod autem eam ad rem Illtas eius nobis auxilium suum per legatum detulit, ani-
mum hunc Illtis suæ studiumque ad Rmum D. Archiepm iuvandum paratum atque
officio pietatique fraternæ maxime coniunctum, gratissimo animo nos accipere, tamque
id ducere, ut nobis ipsis eam voluntatem ab Illte eius impertitam existimemus.
vicissimque nos illi, deferre omnia nostra studia, quæ ab animis et benevolentia et
sanguinis necessitudine et vicinitatis officijs coniunctis proficisci possunt.

Ac quantum rationem subsidiorum attinet nos Illti suæ per legatum illius re-
spondisse in qua eadem sententia nunc quoque esse.

In præsentia nos ab Illte sua postulare, ut gratia authoritateque sua qua per uni-
versam Germaniam valet plurimum provideat adnitaturque, ne hoc bello a nobis
suscepto aliquid isthinc periculi in nos Ditionesque nostras concitetur, quod nos hic
intentos avocare distraherequc possit. Tum si quæ consilia adversus nos
per quoscunque iniri ab Illte sua cognitum erit, ut de ijs reprimendis operam det
atque ut primo quoque tempore nos docere non prætermittat.

Quod si qui hostile quidquam in nos moliantur atque per Ditiones Illtis eius in
nostros fines impetum facere conentur, ut Illtas sua eos transitu prohiberet, neque
cuiquam ad nos oppugnandos per fines suos iter patere sinat.

Non dubitare nos, quin opera studiumque Illtis eius sit nobis eam ad rem præsto
futurum. Vicissim vero nos deferre Illti suæ omnia officia, quibuscunque mutuam
benevolentiam erga Illtem suam animumque ad parem gratiam referendam para-
tum declarare testarique posse intelligemus.

Aget item legatus noster apud Illtem DO: Electorum, queri subditos nostros
navigationem in flumine Wartha ab Illte sua impediri, avertendo eius fluminis cur-
su interdudendaque usitata et quæ sit secundum fluminis naturam navigatione.
Itaque intermissuros se potius esse navigationem, quam ut adversus commodum
suum atque magno periculo mercium id facturi essent. De qua tamen re tota
legatus noster Posnaniæ cum illac iter faciet indagabit, et prout res po-
stulare ipsi videbitur apud Illtem suam aget, ut ne in subditorum nostrorum

commodum

commodum naturali fluminis cursu intercludendo atque in aliam partem itinere cogendo perturbet. Si enim ita ut cepit Ill.tas eius persisteret, non possent subditi nostri eam navigationem prosequi; quia ex re ad illum quidem commodi nihil, ad eos vero plurimum detrimenti perveniret. In eam sententiam coetera quae ad praesentiam negociorum rationem pertinere existimabit pro officioque suo aget diligenter.

COMPOSITIO

Facta inter Magistrum Livoniae et Archiepiscopum Rigensem captum Anno Domini M D L VII°.

NOS Venceslaus Wrzeszowicz de Novo Castro Ser.mi Domini Ferdinandi Archiducis Austriae Camerarius, et Valentinus Sauermann de Geltsche SER.mi atque Invictissimi Principis et Domini Dni Ferdinandi divina favente clementia Romanorum Ungariae Boemiae Regis etc. et Laurentius Otto Juris Utriusque Doctor ac Henningus à Walde in Lesen Ill.morum Principum et Dnorum D. Barnimi et D. Philippi Ducum Stetiniae et Pomeraniae etc. a Sacri Imperii Romani Statibus ad Sacram Regiam M.tem Poloniae de motibus hisce Livonicis componendis Commissariorum Oratores Notum facimus per praesentes literas quorum interest universis. CUM inter Ill.mum ac R.mum D. Vilhelmum Archiepiscopum Rigensem Marchionem Brandeburgen. Stetini Pomeraniae Cassuborum ac Sclavorum Ducem Burgrabium Noremberge. ac Principem Rugiae, et R.ndum ac Mag.cum Dnum Henricum de Galen Magistrum Ordinis Theutonici in Livonia ac Ordines et Status Livoniae exortae nonnullis de rebus controversiae essent, atque Ill.mus et R.mus D. Archiepiscopus ab eis bello impetitus redactusque in eorum potestatem esset Sacra Regia M.tas Poloniae, ut pro necessitudine sanguinis, quae illi cum Ill.te eius intercedit atque pro officio protectionis ad quam illi Archiepatus Ecclesiaque Rigen. commendata est illum ad pristinum statum assereret, et suas offensiones subditorumque suorum Magni Ducatus Lithuaniae iniurias a Livonibus illatas armis vindicaret bellum adversus eos instituit. Cumque idem Ill.mus D. Albertus Marchio Brandeburgen. in Prussia Stetiniae Pomeraniae Cassuborum ac Sclavorum DUX Burgrabius Noremberge. ac Princeps Rugiae, ulciscendae fraternae iniuriae causa ageret, SER.mus et Invictissimus Princeps Do. Dnus Romanorum REX atque Sacri Romani Imperii Status

intercesserunt

intercesserunt per nosque cum Sacra eius M.te diligenter egerunt ut sepositis belli consiliis, rem ad conditiones pacis deduci permitteret. In quo Sacra M.tas illius facile suam ad pacem Christianitatis conservandam propensionem et studium declaravit simulque testata est, quantum apud se SER.mi et Invictissimi Principis Domini Romanorum Regis atque Sacri Romani Imperii Statuum postulatio valuerit. Assensa quippe est ut negocium compositionis susciperemus. Promittens cum de restitutione R.mi et Ill.mi Domini Archiepi integre constitutum per nos esset passuram sese, ut legatos Status Livonici mitterent, qui de suis offensionibus subditorumque suorum iniuriis sarciendis apud se agerent. Itaque cum ex Livonia rediissemus utraque venissent Legati Livonum, atque id quod confectum per nos de Ill.mi ac R.mi D. Archiepiscopi restitutione esset apud Sacram Regiam M.tem illius exposuissemus, tametsi quidem nihil studii aut operae, quodquidem a nobis conferri eam ad rem potuit, praetermisissemus, tamen cum non in omnibus ad eam formulam quae tradita nobis à Sacra M.te illius fuerat Conditiones restitutionis redigi a nobis potuissent, Sacra illius M.tas id quod constitutum erat habere ratum recusavit. Itaque pro iniuncto nobis à SER.mo ac Invictissimo Principe Dom. Romanorum Rege et Sacri Romani Imperii Statibus munere, egimus rursum cum legatis Livonicis, ut in eo in quo discessum a formula M.tis illius esset pacis constituendae causa nova pacta fierent. Quamobrem cum Deputatis a Sacra M.te illius eam ad rem Consiliariis atque cum supradictis Livonum legatis plena mandata ad id habentibus, quae hic pro insertis haberi volumus de R.mi et Ill.mi Dni Archiepi Rigen. restitutione ad eum modum conventum constitutumque est.

PRincipio ita in pristinum rerum omnium statum restituetur ut integra illi constet et dignitas et in Ditione Dioecesique sua iurisdictio sit, prioritas praeeminentiae, Dominium, possessio, Regalia, reddenturque illi urbes oppida, arces pagi praedia omnesque reditus qui eorum fructibus atque emolumentis continentur, ut census et praestationes annuae, vectigalia portoria, tributa quibuscunque nominibus pendi solita. Ad quaequidem ita restitui debebit, ut illi integra sint omnia iura quae vel personam dignitatemque, vel ditionem ac res illius attingunt, ita ut ab eo antequam in potestatem R.ndi et Mag.ci Domini Magistri et Statuum Livoniae redigeretur obtenta sunt

Nominatim autem cautum est, ut illi reddatur dimidia Jurisdictio Civitatis

Rigensis, quatenus in eius possessione antequam in potestatem illorum redigeretur fuerat, neque in eius possessione per Rdum et Magcum D. Magistrum atque Ordinem impediri debebit. Quod si unquam acciderit, ut quidquam controversiae de ea ipsa iurisdictione Rmo et Illmo Dno Archiepiscopo in possessione eius existente exoriretur, iure ac iudicio legitimo experiri debebunt, neque unquam alter ad alterum armis oppugnandum utetur.

Item Restituent illi ea quae ad res mobiles illius pertinent. In quo genere primi sunt, quae in ipsiusmet Archiepatus atque Ecclesiae Rigen. iure fuerunt, ut omnis Ecclesiasticorum Episcopaliumque ornamentorum apparatus, ad quoscunque usus et quibuscunque rebus institutus, Nominatim vero mitra et Baculus Archiepalis Privilegia, diplomata, libri rationum privatarum, et Actorum publicorum et si quidquam eorum interierit cautum est ut restauretur ac reficiatur.

Reddi quoque ei debebunt, quae ad munitiones arcium pertinentia ablata sunt, ut omne armamentorum armaturaeque genus, bombardae maiores et minores, globi, pulveres, hastilia, ferramenta, loricae et omnes bellici apparatus. Commeatuum autem nomine centum lastae siliginis Demque et omnes res, quae propriae Rmi et Illmi Domini Archiepiscopi fuerant, quaeque ablatae sunt, omnia ex Inventariis ita uti inter partes convenit, restituentur.

Si quid item rerum immobilium Praelatis subditis eius ablatum sit, cum omnibus earum reditibus et commodis restituentur. Quae autem deposita apud Rmum et Illmum Dnum Archiepiscopum fuerant a quoquam atque ab illis intercepta sunt, ea si comperiantur integre reddentur.

De fructibus quos post captum Rmum et Illmum Dnum Archiepiscopum antequam bona Archiepiscopatus in sequestrum traderentur perceperunt, ita convenit. Cum enim ex iis Illri Dno Christophoro Duci Megapolensi magna pars ad se familiamque sustentandam attributa fuisse diceretur magna etiam pars Rmo et Illmo Dno Archiepiscopo atque in arces ipsas familiamque impensa, ita ut si quid reliquum ex illis esset propter incertitudinem difficilis eorum ratio ad restitutionem esset futura, eorum nomine quinquaginta lastas siliginis dari debebunt.

De reliqui autem temporis fructibus inde scilicet, cum prima sequestratio bonorum Archiepatus facta est, cautum est, ut omnes restituantur, exceptis iis quae Rmo et Illmo Dno Archiepiscopo et Illri Dno Christophoro Duci Megapolensi

eorumque familiae ad se sustentandum concessi sunt.

Cum autem Sacra Regia Mtas Poloniae et Illris Dnus Albertus Marchio Brandeburgen. et in Prussia Dux, non Rmi et Illmi Domini Archiepiscopi tantummodo, sed suis etiam caussis bellum a se susceptum praeseferrent, existimarentque Rdus et Mgcus D. Magister et Praelati ac Ordines Livonici nequaquam sibi integrum esse, ut Rmum et Illmum Dnum Archiepiscopum restituerent, nisi ante omnes eae caussae consopitae essent atque sibi de pace cautum fieret, ut tum demum Rmo et Illmo D. Archiepo sua omnia restituerent.

Itaque constitutum est, ut sequestres ex communi utriusque partis consensu eligerentur, quibus Archiepiscopatus traderetur, ab illisque retineretur, quoad de iis caussis ac motibus inter Sacram Regiam Mtem Poloniae et Rdum ac Magcum D. Magistrum Praelatos et Ordines Livoniae compositum erit, iisdemque traderentur, omnes reditus commoda et quicquid in restitutionem veniet, ut ab illis integre omnia conserventur.

Eos autem sequestres utrinque et Rmus ac Illmus Dom. Archiepiscopus et Rdus ac Magcus Dom. Magister sibi elegerunt Rmos Domnos Curlandiae et Tarbaten. Episcopos Rmus et Illmus quidem Dnus Archiepiscopus Curlandiae Episcopum. Rdus et Mgcus autem D. Magister Tarbaten., cum ii ab initio statim tractationis pacis possessionem Archiepiscopatus obtinuerint, illisque iam essent omnes eius reditus cogniti, itaque nunc quoque eosdem elegerunt et confirmaverunt. Iiquidem tenebunt arces villas, curias Archiepatus, praeter eas arces, quae Illri Dno Christophoro Duci Megapolen. et Illmo ac Rmo Dno Archiepiscopo datae sunt, ut se ex earum reditibus sustentent, quasquidem illi, usque dum constituta pax erit libere possidebunt. Iidem quoque Domini Sequestres tenebunt omnes alias res, quae ad restitutionem pertinent et quae nominatim specificatae sunt.

Eisdem itaque Sequestribus nos tanquam Compositores Sac. Rmi ac Invictissimi Principis D. Dni Romanorum Regis nomine, ad utriusque Principis postulationem iniunximus, hortatique eos sumus, ut pro obedientia, qua Sacrae et Invictissimae Romanorum Regiae Mti tenentur, atque pro conservanda pace et tranquillitate communi id muneris susciperent praeessentque fideliter, neque bona Archiepiscopatus non necessaria familia praegravarent. Praefecti quoque Arcium ad Archiepiscopatum pertinentium, neque Magistro neque Praelatis aut Statibus Livoniae sed solis Sequestribus parere debebunt. CUM autem de iis discordiarum caussis

quæ inter Sacram Regiam Mtem Poloniæ et Rndum ac Mgcum D. Magistrum, Prælatos et Status Liuoniæ intercesserunt transactum erit, atqz cum Sacra Regia Mtas Poloniæ et Illris Dnus Albertus Marchio Brandeburgen. in Prussia DUX firmam indubiamqz pacem cum illis fecerint, habuerintqz ratum hunc contractum confestim Rmum et Illmum DD. Archiepiscopum in pristinum Statum restituent. Castra scilicet, villas, Curias atqz oia quæ Contractu hoc comprehensa sunt.

Quicquid autem nominati D. Sequestres ad usus Archiepatus e suo ultra reditus ipsius in necessarios usus impenderint, id cum legitime docuerint atqz intulerint rationes in ipsa restitutione ex reditibus eiusdem consequentur

Subditos quoqz Rmi et Illmi D. Archiepi quos per horum motuum tempus Rndus et Magcus D. Magister atqz Status Liuoniæ communi consensu et Decreto ad fidem suam adegerunt, liberos solutosqz facient, atqz literis datis testabuntur, eos coactos in suam potestatem venisse, tum etiam renunciatio fidei, quam Rmo et Illmo D. Archiepiscopo subditi eius verbis aut scriptis fecerint, irrita erit, atqz ei pristini iurisiurandi sacramento obstricti erunt, ad nouum tamen omagium faciendum cogendi non erunt, cum non sponte sed inuiti a Rmo et Illmo Dno Archiepo defecerint, atqz in Rndi et Magci Domini Magistri reliquorumqz Liuoniæ Statuum potestatem redacti essent.

Tametsi autem in ijs sint nonnulli, qui cum adhuc Rmus et Illmus D. Archiepiscopus dignitatem Statumqz suum obtineret, ultro ad Rndum et Magcum D. Magistrum et Ordines transierint in quos grauius Rmus et Illmus D. Archiepus vindicandum esse putabat, tamen in gratiam SERmi et Inuictissimi Principis DD. Romanorum Regis atqz Sacræ Regiæ Mtis Poloniæ, et quo firmior pax instituatur, ijs quoqz una cum coeteris subditis suis capitulo Nobilitate Ciuibus, qui compulsi id fecerunt ignoscat, promittitqz pro se et successoribus suis nullam deinceps mentionem eius rei se successiue suos facturos esse. Vicissim autem Rndus et Magcus Dnus Magister et Ordines Liuoniæ ijs qui Rmo et Illmo D. Archiepo sese adiunxerunt aut ullo modo adfuerunt omnem offensionem ex animo remittere debebit Et si qui ex Ciuibus Rigensibus subditis, seruitoribusqz Rmi et Illmi Domini Archiepiscopi ijs motibus exules facti sint, y omnes ad bona immobilia restitui debebunt. Mobilia vero, si quæ extabunt illis reddentur. Reliqua vero à raptoribus uel detentoribus repetere legitima iuris uiâ poterunt. Quod si etiam in vincula coniecti

aut

aut pignoribus fideiussionibusqz ac alijs cautionibus obstricti sint, eos securos liberos immunesqz præstabunt, atqz eis pristinis honoribus et dignitati restitutis liberam facient potestatem siue in Liuonia manendi, siue isthinc si putauerint emigrandi, neqz aliam de non nocendo cautionem si ab eis postuletur, quam iuratoriam præstare tenebuntur.

Debebunt item Illum Dm Christophorum Ducem Megapolinsem ad commendationem SERmi atqz Inuictissimi Principis Dom: Dom Romanorum Regis ac Sacræ Regiæ Mtis Poloniæ, electorumqz Principum et Statuum Imperij, atqz eorundem honoris causa Coadiutorem Archiepiscopatus ac deinde Rmi et Illmi Domini Archiepiscopi cessione uel morte consequuta illum legitimum Archiepiscopum agnoscere, neqz ullis excogitatis rationibus ea in re impedire.

CUM autem Rmus et Illmus Dnus Archiepiscopus prouectæ iam sit ætatis liberum illi si volet erit Illri Dno CHristophoro Duci Megapolitano dignitatem atqz administrationem Archiepatus tradere, cum quo tandem de reditibus et comoditatibus eius coi arbitrio transiget Quod si ea consuetudo est, ut subditi Archiepatus Rigensis, simul atqz quis in Coadiutorem cooptatur ad eius fidem per iusiurandum adigi soleant, id quoqz Illri Dno Christophoro Duci Megapolitano quandocunqz Rmo Dno Archiepiscopo videbitur præstaturi sunt. Si uero ea consuetudo non sit, sed tum demum id usitatum sit posteaquam is qui cooptatus in Coadiutorem est plenam Archiepi dignitatem consequatur, ne ei quidem id facere tenebuntur, antequam uel per Cessionem Rmi et Illmi D. Archiepiscopi uel ipsius morte integram dignitatem Archiepiscopi adeptus erit

Debebit item Illris D. Christophorus DUX Megapolitanus sufficienter Ordinibus Liuoniæ cauere ut integra conseruet iura statuta ac Priuilegia illis a Catholica Cæsarea et Sacra atqz Inuictissima Regia Rom: Mte confirmata, exceptis Decrens Recessus Wolmarien, ad quæ ea parte, qua iura Archiepiscopi atqz Ecclesiæ Rigen. conuellunt rescindenda ubi illi videbitur agere expeririqz legitimo iudicio poterit Cauere item illis debebit ne Archiepiscopatum in secularem atqz hæreditarium Statum redigat, ne ullum inde detrimentum Sacrum Romanum Imperium suscipiat. Ad eundemqz modum ut bene sese erga Rndum et Magcum D. Magistrum Prælatos, ac Ordines Liuonicos gerat, uicissimqz illi erga eum, ut mutua pax et concordia perpetuo conseruari possit.

Cum autem Illmus Dnus Christophorus Dux Megapolen. nondum aetatis maturitatem consequutus sit, ne quidquam morae iuribus ac Privilegijs subditorum adferatur, si ei Rmus D. Archiepiscopus dignitatem Archiepi concedendam putaverit, debebit ipsemet Rmus D. Archiepiscopus eligere duos ex ordine Spiritualium et duos ex equestri eiusdem Archiepiscopatus, qui Archiepiscopatum administrabunt, quoad legitimam aetatem attigerit, non diutius, quemadmodum id et Illmus D. Christophorus Dux et nomine illius etiam Rmus et Illmus D. Archiepus pollicitus fuerat atque ut id praesenti Recessui insereretur assensus est.

Quicquid autem Civitas Rigensis Capitulo Ecclesiaeque Rigen. ademerit, id restitui illi debebit, et si quid controversiarum eis intercedat de eis ordinario iudicio experientur. Debebunt autem et Rndus ac Mgcus Dnus Magister et Rmus ac Illmus D. Archiepus et Praelati Ordines Nobilitas Civitates Livoniae quaecunque odia aut inimicitiae hoc bello inter eos intercesserunt sibi mutuo condonare atque oblivisci in posterum, ut certa firmaque illis perpetuo pax constare possit.

Quamquidem restitutionis Rmi Domini Archiepi transactionem Regia Mtas Poloniae atque item Illmus D. Albertus Marchio Brandeburgen. in Prussia Dux literis suis patentibus comprobare ratificareque debebunt. Quod ipsum Rmus et Illmus D. Archiepiscopus quoque facere debebit. In quorum fidem et testimonium manibus nostris praesentes literas subscripsimus et sigilla nostra apposuimus. Datum Posseli ex Castris Regijs quinta die Mensis Septembr. Anno Dni MDLVII.

Venceslaus Wrzesowicz, Valentinus Sauermann, Laurentius Otto, D. Henningus a Walde manu ppa ss.

INstructio ad Illum D. Henricum Iuniorem DUCem Brunsuicensem.

Principio Legatus noster Illri Dno Henrico Iuniori Duci Brunsuicen. affini nro salutem nostro nomine faustaque ac foelicia cuncta precabitur deferetque illi studia ac officia nostra, quibuscunque nostram erga Illtem eius benevolentiam pro ea necessitudinis coniunctione, quae nobis cum Illte eius intercedit debitam testari ac declarare poterimus. Deinde dicet.

Mittere nos Illti eius Decem Millia aureorum, quos ei Illmae Dnae Zophiae Coniugi illius, Sororis nostrae charissimae dotis nomine pro altera ratha nos soluturos

constitueramus

constitueramus, quae tantummque eo exemplo quod in pactis matrimonij convenit et quod habiturus secum est perscriptam ab Illte eius accipiet.

Quod autem Illri illius eam dotis partem non ad id tempus quod constitueramus misimus dicet in causa fuisse. Cum enim ab Illte eius de prorogando solutionis tempore per literas postulavissemus, essemusque in spe Illtem eius id fuisse facturam gratificaturamque nobis magnis hoc tempore sumptibus praepeditis. Serius ad nos perlatum esse quod Illtas eius recusaverit. Itaque ad illud quidem tempus, quod convenerat non potuisse nos Illti eius mittere. Caeterum ut primum de voluntate Illtis eius cognovimus, nullum nos tempus praetermittere voluisse, quin illi quamprimum satisfaceremus.

Exponet item Orator noster. Perferri ad nos Illtem eius filium suum ex priore matrimonio Illum D. Iulium in vincula coniecisse, id quod pro ea affinitatis necessitudinisque coniunctione quae nobis cum Illte eius est nos permoleste accepisse. Etsi enim existimamus non sine gravibus causis id ab Illte illius factum esse, tamen idipsum quoque acerbe nos ferre, quod Illti illius eae causae allatae sint, ut illi tanta animadversionis severitate in filium uti necesse fuerit.

Atque id eo quoque gravius nobis accidisse, quod multis datus suspicandi locus videbitur, Illtem eius durius in filium statuisse adductam Illmae Dnae coniugis suae Sororis nostrae charissimae accusationibus. Quamquidem etsi alienam ab eiusmodi ratione nullamque in eo culpam sustinere existimamus, tamen veremur fore ne homines ex communi novercarum consuetudine eiusmodi de illa iudicium facere velint, ut quod aliae facere plerumque solent, ut iniquiores in vitricos sint, idem de illa quoque homines suspicentur.

Neque vero minus illam ab opinione culpae quam ab ipsa culpa abesse optaremus, cum etsi id quidem ad veritatem gravius est, tamen ad hominum existimationem et famam utrumque peraeque valet, cuiquidem non minus pene consuli oportet. Itaque postulare nos ab Illte eius, atque eam pro officio necessitudinis et coniunctionis hortari, monereque dicet, ut pluris apud Illtem eius sit et hominum fama et paterna in filium pietas, quam vel ullae causae, quae profectae ab eo sunt, vel iusta adversus eundem ira. Nihil dunius Illtem eius statuere in illum posse, quod non ipsiusmet Illris eius nomine in multas offensiones vel pietatis officijque paterni, vel hominum iudicij incurreret. Itaque et ipsam Illtem eius moveri hisce rebus oportere, et nos ab ea pro nostra coniunctione postulare ut tam acerbam animadversionem filio remittere, atque in eum benignitate

clementiaque paterna uti velit. Facturam Ill.tem eius esse rem et officio suo coniunctam, et nobis cumprimis gratam et pro qua permultum nos illi debere existimaturi sumus.

Quod si legatus noster iam tum venerit cum Ill.mus Dnus Julius carcere liberatus esset, dicet perlatum id ad nos fuisse; plurimumque doloris ac molestiae ea re nos cepisse. Itaque data sibi fuisse a nobis ad Ill.tem eius nonnulla eius rei mandata. Porro cum Ill.tas eius eam sibi iam filij rationem in animum induxisset quae clementiae pietatique eius coniuncta esset, scire se quam gratum nuncium ad nos sit perlaturus, quamque sit nobis ea res iucunda futura.

Responsum Legatis Ill.morum Dnorum Ducum Pomeraniae

Intellexit Sacra Regia M.tas quo studio Ill.mi Domini Duces egerint de dirimendis componendisque hisce controversijs, quae inter R.mum et Ill.mum D. Archiepiscopum Rigensem atque Magistrum Ordinis Livonici exortae rem ad arma deduxerunt. In quo Sacra Regia M.tas Ill.morum Dnorum Ducum officium, tum necessitudini quae illis cum Ill.mis D. Prussiae ac Mechelburgiae Ducibus intercedit, coniunctum, tum Principum Christianorum studio consentaneum et agnoscit et probat.

Atque ne Sacrae M.ti eius quidem Regiae studium alienum unquam exstitit ab ijsdem consilijs pacis, cui Sacra M.tas sua maxime consulendum semper putavit, multaque quae integra sua dignitate ferri potuerunt dissimulatione quadam saepe obliteravit ne ullam occasionem ad perturbandum communium rerum statum, atque ad labefactandam concordiam mutuam praebuisse cuiquam videretur. Quin in primis semper habuit, ut ab armis quibus Christiani sanguinis profusio instituer[e]tur quam longissime abesset, seque ad id Christianorum tempus reservaret, si unquam videret ut adversus communem nominis Christiani hostem arma sumi oporteret.

In ea sententia cum semper Sacra M.tas Regia fuit, tum ne nunc quidem per eam stetit, quominus integra perpetuaque illi cum Christianis pax constaret, sed multis gravibusque inimicorum iniurijs compulsa earum vindicandarum causa arma sibi suscipienda statuit.

CUM enim Sacra M.tas Regia initio controversias inter R.mum D. Archiep.um Rigensem et Magistrum Ordinemque Teutonicum in Livonia ex causa Coadiutoriae natas accepisset, agendum sibi per legatos apud utrumque putavit ut de ijs Sacrae Catholicae Caesareae M.tis iudicio, aut arbitrio eorum quos deligendos sibi putarent disceptari paterentur neque committerent dissensionem eo progredi, ut res ad arma veniret. Qua in legatione obeunda legati Sacrae Regiae M.tis alter qui Magistrum adierat sine ullo certo responso est dimissus, Alter qui ad R.mum D. Archiep.um fuerat profectus in itinere dum rediret adversus iura gentium opera Magistri nefarie interceptus atque cum omni comitatu est occisus, bellumque confestim ab oppugnatione R.mi Domini Archiepiscopi est ceptum.

Itaque Sacra Regia M.tas incumbere sibi officium existimavit ut et legati sui caedem gentiumque ius in eo violatum armis persequeretur, et R.mo Dno Archiepiscopo multis nominibus necessitudinis sibi coniuncto adversus iniustam vim auxilio iret.

Ad quam armorum contentionem pacandam, quod Ill.mi Domini Duces, operam suam per legatos apud Magistrum interposuerint, non indicato antea Sacrae Regiae M.ti eius rei consilio, Sacra Regia M.tas id in eam partem accipit, ut existimet optimo ab illis animo esse factum facileque agnoscit eam operam susceptam ab ijs esse studio liberandi R.mi Domini Archiep.i atque eius belli restinguendi causa, quod pro animo in rem Christianam propenso in Christiana charitate geri nolit.

Neque sane ignorat Sacra Regia M.tas quanti conatus Magistri atque Ordinis Livonici sint in hoc bello instituendo, scit undique ab illis copias contrahi multosque Principes atque urbes Germaniae sollicitari, ut in societatem belli ipsis se adiungant. Sacra Regia M.tas tamen non eo minus in proposito contendendum sibi statuit, ut illorum et in se, et in R.mum D. Archiepiscopum graves iniurias bello persequatur, praesertim cum ab illis quoque arma parari intelligat. Spem in Dei Opt. Max. benignitate collocans, confidensque illius opem atque auxilium armis iustis officioque necessario susceptis adfuturum.

Ill.mos porro D.D. Duces Sacra Regia M.tas et hortatur et requirit, ut quod ab illis postulat sanguinis necessitudo, quae illis cum Sacra Regia M.te atque R.mo Dno Archiepiscopo est, rationesque et conventa pactorum, quae Sacra Regia M.tas constituta cum ipsis habet, auxilio illi adversus ipsius hostem esse velint, inprimisque ut per Ditiones suas transitu prohibeant, si qui forte ab ea parte hostili adversus Regiam M.tem animo in Ditiones illius irrumpere conentur, vel quod facturos Ill.mos D. Duces Sacra Regia M.tas sibi pollicetur, vicissimque Ill.mi Domini Duces, a Sacra Regia M.te expectare debebunt omnia officia atque studia, quae a benevolo amicoque animo proficisci possunt vel ad parem gratiam referendam, vel ad tuenda augendaque vicinitatis commoda.

Quod Illmi Dem: Duces postularunt de nauigatione in flumine Wartsa nuper instituta, Sacra Regia Mtas libenter studium operamque suam defert ad ea quae tum utilitati publicae conducunt, tum vicinitatis animos beneuolentia adstringere posse videntur. Itaque aget apud Illmum D. Marchionem Electorem Brandeburgen. ut ne fluminis cursum auertat, neue impediat quominus libera cuique commerciorum atque nauigandi facultas sit.

Quantum attinet causam finium constituendorum inter Ditiones Illmorum D. Ducum atque Sacrae Regiae Mtis Ditionem, maximae semper curae Sacrae Regiae Mti sunt ea quae pertinent ad vicinitatis rationem sine ullius querela conseruandam. Itaque Sacra Regia Mtas alios Commissarios designauit quibus negocium dedit, ut quae ad eam rem spectent cognoscant et instituant. Interim uero dedit mandata ad Capitaneos locorum finitimorum ut suos in officio retineant provideantque ut omnia quam integerrima in aduentum Commissariorum conseruentur.

Cum uero Orator ad Illmos Duces redibit Salutem illis nostro nomine dicet officiaque ac studia nostra illis deferet et fausta ac foelicia cuncta precabitur.

Instructio legationis ad Illmum Dominum Joachimum electorem Marchionem Brandeburgensem et Illmum D. Henricum Ducem Brunsuicen. data Mago Dno Achacio Czema Palatino Mariemburgen. Stumen. Meuenque Capitaneo Varschouiae die ultima Septemb. MDLVIIIo.

Adibit primum Orator noster Illmum Principem Dnum Joachimum electorem Brandeburgen. atque Illtem eius nostro nomine salutabit, faustaque ac foelicia cuncta illi precabitur, deferretque ei studium nostrum ad omnia officia eius amicitiae ac necessitudinis quae nobis cum Illte eius uniuersaque illius domo intercedit.

Deinde exponet Illti eius, secundum quod cognitum illi est, quo in statu Prouinciae Liuoniensis res versentur, quamque et afflicta iam graui calamitate a Moschus sit, et maximis periculis nisi mature auxilio ei subueniatur sit proposita. Etenim hostem compluribus isthic arcibus et oppidis hactenus in potestatem suam redactis, magnaque regionis parte ferro atque igni deuastata, maiore conatu bellum apparare. Liuones porro cum nunquam ei hosti copijs atque viribus pares, tum praesenti clade labefactatos, nequaquam bello resistere illi, atque se Ditionemque suam armis tueri posse. Itaque metuendum esse, ne quod Deus prohibeat, eodem fortunae euentu, quo pleraque illorum loca in potestatem suam redegit, reliquam quoque Prouinciam Ditionis suae faciat.

Quod quanto cum multarum Christianarum Regionum tum inprimis Imperij periculo acciderit facile ipsammet Illtem eius intelligere. Etenim si contingat, ut uniuersa eorum regione omnique illius orae mari potiatur, praeterquam quod Prouinciam in fide et clientella Imperij antiquitus positam atque ad ipsius ius pertinentem occuparit, etiam non longinquum se Imperij vicinum reddiderit, patefeceritque sibi mari ad multas eius Ciuitates inuadendas aditum.

Quamobrem voluisse nos monere Illtem eius et hortari, ut apud Germaniae Status authoritatem suam interponat, atque illos excitet ad ineundas rationes, quibus Prouinciam illam a Moschicis armis tueantur atque seruent. Neque sinant illam graui suo incommodo in eius hostis potestatem venire. Quod quidem omnino si non tempori illis subueniatur futurum est. Illos enim et integros, et multo magis praesenti calamitate accepta nequaquam satis virium ad eius hostis vim sustinendam propulsandamque obtinere.

Quod si accidat ut auxilijs Imperij destituantur, cum quidem ea Prouincia a Moscho occupata, tanto plura ac grauiora nostris quam coeterorum Ditionibus incommoda imminerent, quanto eis is ipse hostis vicinior quam alijs existeret, et quanto nobis maiores magisque veteres inimicitiae cum eo intercedunt, tum quanto ea imperij amplificatione facta firmior omnibusque belli opportunitatibus instructior futurus fuerit. Itaque ea Ditionum nostrarum pericula prospicientes, si Liuones ab eorum subsidio deseri contingat, quorum Imperium agnoscunt, nos persecuturos esse rationes, quibus ipsi potius vires nostras ex illorum accessione augeamus quam hostiles augeri patiamur.

Dicet praeterea habere se nonnulla alia, de quibus acturum se cum Illte eius alio tempore.

Iam deinde Orator noster conueniet Illmam Principem DO. Heduigim Marchionem Brandeburgensem sororem nostram charissimam, atque illi laeta cuncta, inprimisque salutem ex nobis precabitur. Dicetque de prompto nostro erga Illtem eius animo atque studio in omnia fraterni amoris et beneuolentiae officia. Deinde exponet, quemadmodum cum intellexissemus e filio suo, cui proxime cum eum legatum ad Illtem DO. Ducem Brunsuicen. mitteremus iniunxeramus, ut ex itinere ad Illmum Dnum Electorem atque ad Illtem eius adiret, postulare Illtis eius rationes, ut se earum constituendarum causa ad Illmum Dominum Electorem allegaremus, fecerimus libenter, atque sibi

ea de re commisimus. Itaq; cognoscet ex Ill.te eius de omnibus ipsius rebus, atq; secundum quod earum usus postulare illi videbitur, de omnibus pro dignitatis nostrae ratione agendum statuendumq; curabit.

Confectis autem constitutisq; isthic rebus omnibus proficiscetur ad Ill.mum Principe D. Henricum Ducem Brunsvicen., quem principis nostro nomine salutabit offeretq; ei studia et officia nostra, atq; ea illi pro nostrae necessitudinis coniunctione prompta paratq; a nobis semper esse dicet, tum exponet.

Renunciari ad nos instare Ill.tem eius apud Ser.mum D. Philippum Regem Hispaniarum, ut sibi e quodam nuncupato Ser.mae olim Dominae Parentis nostrae testamento Quinquaginta millia Ducatorum Ill.mae Dnae coniugi suae legata praestarentur. In quo existimare nos Ill.tem eius ad id legatum petendum descendisse, ignaram, cuius modi testamentum illud et quanta fraude nonnullorum confectum sit, tum quanta indignitas allata nobis domuiq; nostrae fuerit, si illud ratum permaneat, ac non primo quoq; tempore rescindatur. Quod si ea cognita Ill.te eius essent, nequaquam eam spem de Ill.te eius nos habere, ut nobis persuadere possimus, illam eiusmodi legato petendo tam turpe, tamq; universae domui nostrae indecorum Testamentum probare velle. Quin confidere nos Ill.tem eius re cognita non modo id probaturam non esse, sed etiam pro communi officio, proq; communis dignitatis et honoris ratione, daturam una nobiscum apud Ser.mum D. Philippum Regem operam de eo expugnando atq; rescindendo esse. Itaq; explicare nos Ill.ti eius omnem eam rem voluisse.

Postea quam Ser.ma olim Dna Parens nostra in Italiam sese e Regno nostro contulerat (eorum ut eventus declaravit consiliis adducta, qui se ita liberius bona Ser.tis eius diripere posse cogitarunt si illam hinc evocassent) nunquam quemadmodum compertum habemus agere nonnulli destiterunt, ut universa Ser.tis eius bona avertere ad sese a nobis potuissent. Ad quod cum illa nunquam adduci se passa esset, atq; etiam et continuo angore, et multis rebus indiciis significaret, quanto pere sibi doleret, quod eorum consilia sequuta e Regno nostro excessisset, cumq; illi intelligerent obtinere sese ex ea id quod animo intenderant non posse simulq; vererentur, ne si redeundi in Regnum nostrum propositum cepisset, quod illam in animo agitare facile ipsius et perpetuo merore et multis factis suspicabantur, suae illae cogitationes atq; spes omnino fallerentur, renunciatum ad nos est, eos demum consilia ad fraudem et scelus vertisse, praebuisseq; Ser.ti eius venenum. E quo cum morbo atq; dolore ita confecta decumberet,

ut sermonis atq; adeo sui ipsius potestate excidisset, interim Testamentum uno qui omnium earum fraudum artifex extitit, et ad quem maxima bonorum Ser.tis eius pars pervenit, dictante. Subscribentibus autem nonnullis, qui id per metum recusare non poterant confectum ac compositum esse, eoq; universa Ser.tis eius bona pro ipsius libitu descripta. Ser.mum quoq; D. Philippum Regem haeredem Statuum adscriptum, ut eius authoritate et potentia, ea quae sibi ipsi eodem Testamento usurparunt, tuerentur ac retinerent, coeteris quoq; per quos Testamentum illud oppugnatum iri videbant, legata, ut ne quicquam contra moverent, facta. Cumq; deinde Ser.tas eius aliquantulum morbo levari atq; sese colligere coepisset, quemadmodum nunciatum ad nos est, eos veritos, ne illorum fraude cognita, ea quae gesta per illos essent, rescidisset, gravius venenum illi praebuisse, cuius tanta vis extitisset, ut ex eo et Ser.tas eius subito animam agere ceperit, et Medicus qui illud Pharmacum illi praegustabat tertio die mortuus esset. Quae res cum confestim in fama atq; sermonibus hominum palam esse coepissent, eosdem illos testamenti artifices omnia ad veritatem contegendam, et exquisivisse et fecisse, multis fraudibus, immensis largitionibus, atq; etiam in nonnullis minis ac terroribus usos. Praestare tamen quin res patefieret nequivisse. Itaq; id in sermonibus omnium ferri, id a cunctis dici, existimari fateri, rem denique nemini dubiam aut obscuram esse, infinitis gravium hominum testimoniis cum id liberum foret comprobari conviciq; posse. Eiusmodi itaq; testamentum id, atq; eo et scelere et fraude confectum esse.

Iam quae in eo nostrae, atq; adeo pro nostra coniunctione pariq; prope officio Ill.tis eius partes sint, facile ipsammet Ill.tem eius statuere posse. Etenim omnem et officii et dignitatis honorisq; nostri rationem non modo non admittere, ut Testamentum id probemus, sed etiam vehementer flagitare, ut in eo evertendo persequendoq; tanto scelere omne studium omnem conatum facultates denique cunctas ponamus ac collocemus. Quodquidem nos facere omnino, neq; antequam perfectum per nos erit conquiescere instituisse.

Quam autem et ad necessitudinem coniunctionemq; nostram et ad Ill.tis eius officium conveniat, ut illa interim, cum nos id testamentum oppugnamus, cumq; in eo rescindendo laboramus, idem ratum habere, atq; legato ex eo petendo probare debeat, ipsam Ill.tem eius existimare posse. Etenim cum in communi hac totius domus nostrae indignitate persequenda, coniuncta omnium nostrum studia et consilia esse oporteat, nequaquam decet, altero id agente alterum

dissentire

dissentire, atque id quod ad alterius consilia impedienda pertineat agere.

Tametsi quidem nos nequaquam id nobis de Ill.te eius persuadere posse, facileque existimare, id quod hactenus accidit ignoratione rei susceptum ab Ill.te eius esse, atque confidere nos de Ill.te eius, re ita cognita non modo id acturam deinceps non esse, sed etiam id quod ab illa cumprimis necessitudo nostra postulat omne studium omnemque operam suam in eo testamento evertendo esse nobis adiuncturam.

Postulareque nos ab Ill.te eius ut ne praesentem huiusce legati accessionem tanti existimet, ut illius causa Ser.mo D.no Philippo Regi ullam voluntatis suae in eo testamento probando significationem praebeat, quin quod ab Ill.te eius et necessitudo nostra et par officium communisque honoris et dignitatis ratio exigit, studium operamque suam nobis adiungat in eo testamento expugnando atque in tanto scelere et fraude adversus Ser.mam olim D.nam Parentem nostram et universam domum nostram instituta vindicanda.

Quod si Ill.tas eius difficilior in eo fuerit ne scilicet si testamentum rescindatur legato quod sibi adscriptum eo sit privetur, Dicet Orator noster, ampliorem illi eo testamento expugnato spem propositam esse debere. Etenim nos Deo ita volente nullos hactenus liberos suscepisse. Quod si eadem illius voluntatis conditio nobis in posterum maneat, status illos ad neminem alium quam ad Ill.mam Principem Dominam coniugem Ill.tis eius perventuros esse. Etenim illos Ser.mam D.nam Reginam Ungariae cui eorum successio aetatis iure deberetur, propter inimicitias, quas cum domo Austriaca exercet, obtenturam non esse. Itaque eam huiusce longe uberioris commodi spem nequaquam ab Ill.te eius negligi aut everti probando testamento debere. Quin etiam quantum Ill.tas eius se ex eo si ratum maneat consecuturam sperat, tantundem nos Ill.ti eius offerre si illius opera et studio nobis adiuncto, id quod de eo rescindendo conamur, perfecerimus. In quo Ill.ti eius suadendo omnibus rationibus ac diligentia utetur Orator noster.

Apud Ill.mam quoque Principem Dominam Ducem Brunsvicen. sororem nostram charissimam post salutationem praemissam delatumque illi studium nostrum ad omnia fraterni amoris officia eadem haec Orator noster aget, amplificabitque apud Ill.tem eius et iniuriam Ser.mae olim Parenti nostrae nobisque ac universae domui nostrae scelere ac fraudibus eorum allatam, et officium pietatemque in ea persequenda ac vindicanda filialem, et honoris dignitatisque communis nostrae rationem. Inprimis diligenter Ill.ti eius explicabit, si id Ill.mo quoque D.no Principi proposuerit

quemadmodum

quemadmodum everso testamento ad Ill.tem eius non modo nullum detrimentum sed etiam maius cumulatiusque commodum perventurum sit. Hortabiturque Ill.tem eius, ut idem Ill.mo D.no Coniugi suo proponat, et suadeat, neque eum ad repetendum id legatum hortetur. In quo Orator noster, cum iis rationibus utetur, quae superius in Instructione positae sunt, tum eis quae illi verbis iniunctae ac traditae, quaeque ipsimet pro suo rerum usu et prudentia in mentem venient. Quod quidem ipsius fidei committimus.

Responsum ad Legationem Ill.mi Domini in Prussia Ducis nomine, per Generosum Venceslaum Schak Ill.tis suae Nuncium habitam a Sacra Regia M.te datum Varschoviae die 11 Octobris MDLVIII.

Tria fuerunt, quae Dom. V.ra ad Sacram Regiam M.tem Dominum nostrum clementissimum Ill.mi Principis Domini in Prussia Ducis nomine pertulit. In quibus primum exstitit, quod Ill.tas eius a Sacra Regia M.te postulavit de ferendis auxiliis R.mo ac Ill.mo D.no Archiepiscopo Rigen. Archidiocesique illius atque adeo toti Provinciae Livonien. adversus Moschos, post multam cladem eorum regioni allatam magno apparatu bellum adversus eos molientes. In quo cum Sacra Regia M.tas commune Dom. V.rae atque R.mi et Ill.mi Dom. Archiepi. Rigensis Oratori responsum reddere statuerit, illud Dom. V.ra dum is aderit accipiet.

Alterum erat, quo Ill.mus D.nus Dux de Sacrae eius M.tis sententia exquisivit num sibi Sacra eius M.tas in fraterno hoc casu et periculo facere potestatem de subsidiis illi praestandis dignetur. Quod quidem Sacra eius M.tas in arbitrio Ill.tis eius relinquit, facile sibi persuadens Ill.tem eius perspicere, quid eiusmodi in re tum pietas officiumque fraternum ab se flagitet, tum ipsa praestare debeat aut possit. Quare nihil Sacra Regia M.tas in ea parte praescribendum Ill.ti eius existimat.

Tertium fuit in quo Ill.tas eius Sacrae Regiae M.ti exposuit, de incommodis quae Ditionibus illius publice proposita sint, si mercium in Angliam exportatio interdicatur. Monuitque Sacram eius M.tem, ut in eo quod ad Ditionum suarum utilitatem expediat, constituat. Porro sane non absque gravibus causis Sacra Regia M.tas assensa ad tempus erat in id, quod ab se Civitates Hansae per legatos de iuvando illarum in interdicendis Anglorum commerciis Decreto petierant. In praesentia tamen Sacra eius M.tas eam deliberationem, utrum scilicet ea res commodo Ditionum suarum futura sit, ad proxima Regni Comitia referre statuit, ut de eo

ex

ex omnium Regni Ordinum sententia constituatur. Adesse quoque ad eam consultationem Nuncios Civitatis Gedanen. iussit, quibus omnem eam rationem notiorem esse putat. Ac gratum item Sacrae Regiae Mti acciderit, si quoque Illmas eius, ad cuius Ditionis commodum non minus pene ea res pertinet, omnem suam ea de re sententiam, vel per literas vel per Nuncium eodem tempore explicet, ut collatis universorum consilijs tanto rectius id quod ad universam Reipub. rationem utilius sit futurum investigetur. Quae mora eo minus incommodi habitura est, quod eiusmodi anni iam tempus instet, quo ipsa per sese navigatio conquiescet, atque antea quam illa instituatur hic quoque consilia expedientur.

Responsum Oratoribus Rmi et Illmorum Principum Dnorum Archiepiscopi Rigen. et Prussiae Ducis Sacrae Regiae Mtis nomine datum Varschoviae die 11 Octobr. MDLXVIII°.

Intellexit Sacra Regia Mtas Dominus noster clementissimus quid D. Vrae apud se, altera Rmi et Illmi Domini Archiepiscopi Rigen.; altera Illmi Domini in Prussia Ducis nomine egerint de auxilijs Rmae ac Illmae Pat. eius Archidiocesique illius atque adeo universae Provinciae Livonien. ferendis adversus Ducem Moschorum, qui multis isthic arcibus atque Oppidis hactenus partim ferro atque igni vastatis partim in potestatem suam redactis bellum magno apparatu toti Provinciae illaturus renunciatur.

Existimat autem Sacra Regia Mtas perspectum esse Rmae ac Illmae Pat. eius, quantae curae sibi illius Archidiocesisque salus, dignitas, omnis denique fortuna sint, atque id adeo sperat Rmam et Illmam Pat. eius in suo illo superioris temporis casu memoria tenere. In quo quidem Sacra Regia Mtas ut Rmam et Illmam Pat. eius Archidiocesimque illius, ad status Dignitatisque suae locum restitueret, non ullos sumptus labores pericula recusavit, quin sese quoque ea causa ad omne discrimen mittere non dubitavit, atque ipsamet et arma sumpserat, et in castra descenderat, et ad fines usque ipsos progressa cum exercitu erat, omniaque et agere et subire parata extitit.

Itaque qui tum Sacrae eius Mtis animus in Rmae ac Illmae Pat.is eius salute et dignitate totiusque Archidiocesis statu ac fortunis tuendis extitit, eundem in posterum quoque Rma et Illma Pat.s eius a Sacra eius Mte expectare debet, atque sibi de Sacra eius Mte polliceri, illam nullum et fraternae necessitudinis et pristini in se studij officium unquam desiderari ex se passuram esse. In quo hoc etiam magis in potia

Sacra

Sacra Regia Mtas admitendum sibi statuit, quanto intelligit Rmae ac Illmae Pati eius totique Livonien. Provinciae cum communi hoste rem esse, multique illi detrimenti accidere ab eo posse quod non cum aliquo Ditionum suarum periculo et incommodo coniunctum esset.

Porro cum Sacra Regia Mtas in gravioribus et ad Ditionum suarum statum pertinentibus rebus nihil per publicas leges statuere soleat, nisi e Consiliariorum Ordinumque suorum sententia. Idem quoque ea in re sibi faciendum statuit, indictaque iam per Sacram eius Mtem Comitia sunt, in quibus eam deliberationem primo quoque tempore expediendam curabit, et quicquid in ea publico omnium Ordinum consensu constitutum erit, id Rmae et Illmae Pat. eius per Nuncium suum significatura est.

Cum autem ad Sacram Regiam Mtem renuncietur Ordines Livoniae pactos cum Moscho aliquot mensium inducias esse, hortatur Rmum ac Illmum D. Archiepiscopum ut una cum coeteris Livoniae Statibus operam dent, de eo induciarum tempore prorogando, quo ampliore spacio interposito, omnia quae seu ad auxilij seu consilij rationes pertineant explicari possint. Quod idem responsum ad Illmi quoque Domini Ducis legationem, partem scilicet eam in qua Illmas eius hisce de rebus egit, pertinere.

Cum autem Dom: Vrae ad Illmos Principes suos redibunt, salutem illis laetaque omnia precabuntur, deferentque illis studium et benevolentiam fraternam S. R. Mtis.

Cardinali Saraceno Vice Cancellario.

Rme in Christo Pater et Dne Dne benefactor colendissime

Obsequia mea ad Rmam et Illmam Pat. Vestram defero, faustaque ac foelicia cuncta illi a Deo Opt. Max. precor. Summam Rmae ac Illmae Pat. Vrae erga me gratiam cognovi eo studio, quo illam in negocio meo Coadiutoriae Archiepatus Gnesnen. cum semper tuendo ac iuvando tum in praesentia ad finem perducendo usam accepi. In quo cum id Rmae et Illmae Pat. Vrae opis beneficium mihi ab illa tributum maximum duco, tum nihil ad expectationem meam optatius ea Rmae et Illmae Pat. Vrae authoritate, quam mihi clarissimam impertijt, fautore se adiutoreque dignitatis meae ponenda. Quamquidem semper ita demum iucundam mihi esse debere existimabam, si eam talium hominum studijs iudicijsque comprobatam intellexissem. Quare summa omnia me Rmae et Illmae Pat. Vrae debere statuo, quae

q

si minus a me in promerenda illi gratia praestari poterunt in habenda praedicandaque praestabuntur, conaborque ut quibuscunque in obsequijs mea in Rmam ac Illmam Pat. Vram obseruantia constare queat, eam omnem promptam sibi paratamque semper inueniet. Eadem porro Rmae ac Illmae Pat. Vrae gratia fretus, non dubitandum mihi putaui quin a Rma et Illma Pat. Vra peterem, quo mihi coeteris quoque in rebus, de quibus ex Nobili Stanislao Schedzinski Juris Doctore Agente isthic meo cognoscet adesse dignetur, atque authoritatem suam interponere, ne quid mihi ad reliquam expeditionem conficiendam difficultatis adferatur. Quod quidem eiusdem gratiae Rmae ac Illmae Pat. Vrae erit, cuius illa fuerunt, quae adhuc initio ab ea in negocio hoc meo tuendo agendoque profecta erga me sunt. Quod cumulatum eius in me beneficium omni obseruantia cunctisque grati ac memoris animi officijs perpetuo Rmae ac Illmae Pat. Vrae promereri conabor. Tandem me obsequiaque mea in gratiam Rmae et Illmae Pat. Vrae commendo. Datum Petricouiae die IIII Decemb. 1558

Cardinali Puteo Vicecancellarius.

Rme ac Illme in Christo Pater et Dne Dne colendissime

Obsequia mea ad Rmam et Illmam P. At. Vram defero, faustaque cuncta ac foelicia illi a Deo Opt. Max. precor. Etsi iampridem abunde cognita mihi Rma ac Illma P. Atis Vra erga me gratia fuerit, quam Rma et Illma Pat. Vra in negocio meo Coadiutoriae Archiepiscopatus Gnesnen. tuendo agendoque semper praestitit, tamen maxime in praesentia illustris perspectaque mihi est, eodem negocio meo eius opera atque authoritate ad finem perducto. Etenim omnium meorum literis cognoui quantum Rmae et Illmae Pat. Vrae studium de omni mea causa conficienda semper extiterit. In quo cum id Rmae et Rmae Pat. Vrae opis beneficium mihi tributum maximum duco, tum nihil ad expectationem meam optatius ea Rmae et Illmae Patis Vrae authoritate et iudicio quod clarissimum mihi impertijt, fautore se adiutoreque dignitatis meae ponendae, quamquidem semper ita demum iucundam mihi esse debere statuebam, si eam talium hominum studijs ac iudicijs comprobatam intellexissem. Quare hoc nomine summa quaeque Rmae et Illmae Pat. Vrae me debere statuo quae si minus illi in promerenda gratia praestari a me poterunt, in habenda praedicandaque praestabuntur, conaborque ut quicquid officij obseruantiaeque meae

extare

extare unquam poterit, id omne per me in Rmam et Illmam Pat. Vram colendam semper conferatur. Quod autem Rma et Illma Pat. Vra mihi significauit, totius eiusce causae meae euentum maxime Rmi Domini Episcopi Varmien. testimonio constitisse, fecit Rma Pat. eius pro suo candore, proque summa sua in omni virtute grauitate et officio, ut perpetuae rationi et instituto meo non obscure toto tempore et publice vniuersis et priuatim sibi cognito testimonio adesset; cuiquidem ut in omni eiusce muneris quod sustineo officio obeundo respondeam curae semper mihi erit. Eadem porro Rmae ac Illmae Patis Vrae gratia fretus non dubitandum mihi putaui, quin a Rma et Illma Pat. Vra peterem, quo mihi coeteris quoque in rebus de quibus ex Nobili Stanislao Schedzinski Juris Doctore Agente isthic meo cognoscet adesse dignetur, atque authoritatem suam interponere, ne quid mihi ad reliquam expeditionem conficiendam difficultatis adferatur. Quod quidem eiusdem gratiae Rmae ac Illmae Pat. Vrae erit, cuius illa fuerunt, quae adhuc ab ea in negocio hoc meo tuendo agendoque profecta erga me sunt. Quod cumulatum eius in me beneficium omni obseruantia cunctisque grati ac memoris animi officijs perpetuo Rmae et Illmae Pat. Vrae promereri conabor. Tandem me obsequiaque mea in gratiam Rmae et Illmae P. At. Vrae commendo. Datum Petricouiae die IIII Mensis Decemb. Anno Domini MDLVIIII

Summo Pontifici

Beatissime in Christo Pater et Domine Domine clementissime. Post exosculationem beatissimorum Stis Vrae pedum humillima obsequia mea ad pedes Stis Vrae defero. Redditae sunt mihi Stis Vrae literae, quibus Coadiutor successorque Archiepiscopatus Gnesnen. designatus sum. Quo beneficio Stis Vrae in me collocato maiorem illius gratiam mihi tributam agnosco, quam ut me aut illam verbis commemorare aut dignas pro ea Sti Vrae gratias agere posse existimem. Nam cum ipsummet Stis Vrae in me beneficium maximum, atque e singulari illius clementia profectum statuo, tum vero praestantissimum mihique optatissimum eius summae authoritatis de me iudicium, quo me tanti muneris tantaeque munificentiae suae non indignum censuit quodquidem mihi a Ste Vra impertitum, maximae quae mihi contingere possit,

foelicitatis instar est. Quare cum antea semper omnia officia omnem fidem
et obseruantiam me Sti Vrae communi tantummodo Christiani hominis officio de:
bere iudicabam, tum hoc tempore tanto eius beneficio affectus, vitam quoque
ipsam ei me debere statuo, profiteorque cuncta officia et obsequia, quae omni
studio salute denique ipsa impendenda praestari a me queant, promptissima sem:
per ex me Sti Vrae fore. Atque etiam ut in omni eiusce muneris quod Stas Vra
deferre mihi dignata est officio obeundo, et huic Stis Vrae de me iudicio, et
eorum testimonijs, quorum de meo perpetuo instituto affirmationem Stas Vra
sequuta est respondeam. Tandem iterum humillima obsequia mea ad Stis Vrae
pedes offero. Datum Petricoviae die 4 Decembris Anno 1558

Summo Pontifici à Regia Mte.

Beatissime Pater etc. Ex literis Agentium isthic meorum intellexi
de Stis Vrae beneuolentia et studio quod Stas Vra mihi praestat in negocijs meis
quae mihi in Regno Neapolitano, de Sermae olim Dnae Parentis meae haereditate
intercesserunt. In quo facile agnosco, paternam Stis Vrae erga me voluntatem
et amorem, mihi ut pro mea cum Ste Vra necessitudinis coniunctione experta
tum ita omnibus semper in rebus perspectum atque cognitum. Quare cum in omni
officio vel summae supremaeque dignitatis ac muneris sui vel necessitudinis no
strae cumulate semper satisfactum mihi a Ste Vra intelligam, ita assim officij mei
esse statuo, ut Sti Vrae et debitas eo nomine gratias agam, et sedulo operam dem
ut quicquid unquam obseruantiae meae extare possit, id omne in Ste Vra
perpetuo colenda ponam atque declarem, neque unquam in illam ullum studiosi ob:
seruantisque filij munus et obsequium praetermittam. Tandem Stem Vram diu foe
licem valere cupio, eique me et Ditiones meas commendo. Datum Petricoviae
die XXV Decemb. Anno 1558.

Cardinali Carapha a Regia Mte.

Rme in Christo Pater etc. Cum ad nos agentium isthic nostrorum literis
perscriberetur, de Rmae Pat. Vrae studio, quod nobis praestat in negocijs nostris
quae in Regno Neapolitano de haereditate Sermae olim Dnae parentis nostrae
habemus, quemadmodum ea Rmae Patis Vrae erga nos voluntas gratissima nobis ex
titit, ita officij nostri esse duximus, ut et ageremus Rmae Pat. Vrae eo nomine de:
bitas gratias, et paria studia eundemque animum nostrum illi deferremus.
Postulantes a Rma Pat. Vra, ut quaecunque officia nostra sint, in quibus mutuam
beneuolentiam et studium nostrum erga Rmam Pat. Vram declarare possimus ea
prompta sibi a nobis existimet. Quod idem vicissim nobis de Rma Pat. Vra
persuademus, illam in instituto erga nos studio suo eundem semper nobis animum
praestaturam esse. Tandem Rmam Patem Vram bene valere cupimus. Datum Pe
tricoviae die XXVa Decemb. Anno 1585.

Summo Pontifici Paulo IIIIo

Beatissime Pater etc. Redditae sunt mihi Stis Vrae literae, quibus intellexi
Stem Vram renunciasse Coadiutorem successoremque Archiepiscopatus Gnesnen. Rdum
in Christo Patrem D. Joannem Przerembski Nominatum Episcopum Chelmen. et Re
gni mei ViceCancellarium, atque in eo Stem Vram cum coeterorum de illo testimonijs
tum meae intercessioni locum dedisse. In quo facile beneuolum planeque paternum
Stis Vrae erga me animum perspexi. Quem etsi abunde semper omnibus in rebus
in quibus mihi expetendum studium Stis Vrae fuit cognouerim nulla tamen illius si
gnificatio non potest mihi non iucundissima esse. Quare hoc nomine Sti Vrae
eas quas debeo gratias ago. Neque vero ea res magis mihi grata quam ad
rationes Ecclesiae Regni mei commoda accidit. Sane enim ad praesentem illarum sta
tum peropportune actum est eo et muneris in administranda Ecclesia socio et di
gnitatis successore Rmo Dno Archiepiscopo aetate valetudineque affecto designando,
cuius cum singularis in sacrosanctam Sedem Apostolicam obseruantia tum illu:
stria in Republica Regni mei virtutis, officij, fidei, merita existunt. Non mi
nus autem ad rationes Ecclesiae Regni mei prospectum a Ste Vra fuerit, si
quod ab ea saepius per literas petij Nominationem meam de Rndo in Christo
Patre Dno Jacobo Vchanski Episcopo Chelmen. ad Episcopatum Vladislauiensem
approbet. Quaquidem in re cum permultum momenti cum ad superiores motus se:
dandos, tum ad insequentis temporis rationem constituendam propositum iudicem,
iterum etiam faciendum mihi putaui, ut a Ste Vra peterem, quo assentiri tandem

et huic nominationi meae et Ordinum Regni mei votis velit. Plurimum in eo á Ste vra et mihi tributum et tranquillitati Ecclesiae Regni mei prospectum existimabo enitarque, ut eo nomine prompta Sti vrae omnia officia mea declarem. Tandem Stem vram diu foeliciter valere cupio eidemque Regnum et Dominos meas commendo. Dati Petricoviae die xxv Decemb. Anno MDLVIIJ Regni nostri anno xxix

Cardinali Caraphae.

Rme in Christo Pater etc. Et é Rma Patis vra, et ex aliorum literis intelleximus, quantum studium Rmae Pat. vra exhibuerit in conficienda causa Coadiutoriae Archiepiscopatus Gnesnen. Rndi in Christo Patris Domini Joannis Przerembski Nominati Episcopi Chelmen. Regni nostri Vice Cancellarij. In quo facile perspeximus Rmae Patis vrae et in nos observantiam, et in Ecclesiae causam studium, ad cuius rationes opportune cumprimis turbulento hoc rerum statu accidit, eum Rmo Dno Archiepiscopo in primaria Regni huius Ecclesia administranda et socium muneris et successorem designatum esse, cuius in hac Republica illustria virtutis integritatis officij et fidei merita existunt. Quare gratissimum nobis id Rmae Patis vrae officium extitit, atque id ut mutuis studijs officijsque nostris, quaecunque a nobis proficisci in Rmam Pat. vram queant, semper declaremus curae nobis erit. Non minus autem et nobis gratum et ad tranquillitatem Ecclesiae commodum acciderit, si Sanctissimus D. noster tandem adduci se patiatur, ut nostram de Rndo D. Jacobo Uchanski Episcopo Chelmen. ad Wladislavien. Episcopatum nominationem approbet, atque in eo obviam eat multis incommodis, quae ea ex re ad statum Ecclesiae magis etiam labefactandum perventura sunt. Postulamusque a Rma Pat. vra, ut de eo apud Stem illius operam authoritatemque suam interponere velit: habitura vicissim hoc nomine prompta studia officiaque nostra. Tandem Rmam Patem vram bene valere cupimus. Datum Petricoviae die xxv. Men. Decemb. Anno MDLVIIJ Regni nri anno xxix

Cardinali Puteo à Regia Mte

Rme in Christo Pater etc. Cum omnibus in rebus quae isthic nobis incidere solent, illustre semper Rmae Patis vrae erga nos officium et observantia extitit, tum hoc tempore maxime cognitum nobis est eo studio quod illam praestitisse

intelleximus

intelleximus in conficiendo negocio Coadiutoriae Archiepiscopatus Gnesnen. Rndi in Christo Patris Domini Joannis Przerembski Nominati Episcopi Chelmen., et Regni nostri Vice Cancellarij: Neque vero id Rmae Patis vrae officium minus ad res Ecclesiae Regni huius commodum, quam nobis gratum accidit. Sane enim peropportune ad ipsius alioquin turbulentas rationes factum est, eo et muneris socio et successore Rmo Dno Archiepiscopo in primaria Regni Ecclesia administranda designando, cuius illustria in hac Republica virtutis fidei integritatis merita existunt. Quare quicquid mutui studij officijque nostri in Rmam Patem vram constare possit, id promptum sibi paratumque Rma Pat. vra fore semper existimet volumus. Non minus quoque et nobis gratum et ad Ecclesiae tranquillitatem commodum acciderit si Sanctissimus Dnus noster tandem se adduci patiatur, ut nostram de Rndo Dno Jacobo Uchanski Episcopo Chelmen. ad Episcopatum Wladislavien. nominationem approbet, atque in eo obviam eat multis incommodis, quae ea ex re ad statum Ecclesiae magis etiam labefactandum perventura sunt. Postulamusque a Rma Pat. vra, uti de eo apud Stem illius adhuc operam authoritatemque suam interponere velit, nullum vicissim studij munus in Rmam Patem vram praetermissuri. Tandem Rmam Pat. vram bene valere cupimus. Datum Petricoviae die xxv Mensis Decembr. Anno Domini MDLVIIJ. Regni vero nostri anno xxix.



Saluus conductus à Rege Casimiro datus Joanni Stephano Woiewodæ Walachiæ veniendi Colomiam ad homagium præstan̄.

Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ etc. Notum facimus et publicè notificamus
certa pn̄ti litera nr̄a cuilibet bono quicunq inspexerit, seu legi audierit, quia in:
ramus nos, et nostri filij, et omnes ArchiEpiscopi, et Episcopi, et omnes nr̄i Consiliarij
et omnes nr̄i subditi Dn̄o Deo, et matri eius Virgini Mariæ toto nostro corde, et
promittimus, promisimusq, dedimus et damus pn̄tem saluum conductum verum Chri:
stianum, prout in toto mundo stat, et fidei Christianæ pertinet, seruo, et amico
nostro dilecto Joanni Bohdano Palatino, et Dn̄o terræ Valachiæ, et omnibus
eius armigeris, et omnibus eius seruitoribus tutè, securè, liberè, et aperte veniēdi
ad nos, et congredi nobiscum in Ciuitate Colomia, et prout dabit Deus, dum videbimus
nos et conueniemus cum Stephano Palatino, nos et nr̄i filij ArchiEpiscopi, Episcopi,
et Consiliarij nr̄i, et armigeri nr̄i, et subditi omnes nostri, non debemus memorare
Stephano Palatino, nec ipsius armigeris, nec seruitoribus ipsius, neq Terræ Vala:
chiæ, neq cuipiam subdito ~~nr̄o~~ suo, ullum verbum malum præteritarum rerum
quicquid actum erat inter nos, et terras nr̄as, et granicies nr̄as, nos nihil horum
memorabimus, sed omnia mortificamus vero Christiano saluo conductu nr̄o, exce:
pta tamen iusticia mercatorum nrorum, et Stephani Palatini, super hæreditatibus
debitis, et mercibus ipsorum. Et debemus Stephanum, et omnes armigeros eius, serui:
tores et subditos ipsius in gratia et honore tenere. Et debemus condicere, et tracta:
tus habere, contra Paganos hostes nr̄os, dum modo omagium nobis fecerit,
prout pn̄tibus literis suis, et Consiliariorum, Armigerorumq, suorum faciendu
se inscripsit, et pro nr̄o, et Stephani bono, et rebus omnibus condicamus et con:
cordabimus. Cui Stephano, et Armigeris ipsius, et seruitoribus, et omnibus subditis
eius damus apertè, tutè, securè, liberè, et fidè dispositis, vel non dispositis

suis cum gratia redire in Terram suam Moldaviae cum oibq suis armigeris cum omnibq suis servitoribq, cu oibq suis subditis, et cum oibq quaecunqs habebit sine damno sine amissione, sine qualibet retentione, et sine contentione sine fraude sine dolo, et sine astutia, haec omnia suprascripta pollicemur, stepsano Palatino, et armigeris suis, et omnibus servitoribq et subditis suis tenere et implere secundum pntem liam nram bona fide Christiana, et verbo nro Regio à die Datae pntium ad quatuor septimanarum decursum hene salvum cdúctú nrum valiturum, Et super hoc est fides nra et Regni nri, et fides, et anima natorum nrorg, et anima et fides Spiritualium ac Secularium Praelatorum nrorum, et fides et anima Consiliariorum nrorú oiú maiorum, et inferiorg. Et pro maiori firmitate et confirmone horum Sigillum Regni nri et eorundem Spiritualium et secularium Praelatorg, et Consiliariorum nrorg subappendimq praesentibq litteris. Datum Colomiae die Dominico ante festum Nativitatis Mariae Dominae nostrae. Anno Domini. 1485°

Homagium Palatini Valachiae Casimiro Regi Poloniae praestitum.

Post tractatus plures inter Regiam Mtem, et Barones Poloniae nomine Mtis suae, et Regni Poloniae ex una et inter Magnificum Palatinum Valachiae et armigeros eius suo, et Terrae Valachiae nomine, parte ex altera, iam personaliter, iam etiam per inter Nuncios diebus ab adventu ipsiq ad pntem diem habitos, Dnus Palatinus propter comune totius christianitatis bonum, et inprimis propter defensionem à Regno Poloniae habendam, feria secunda proxima post festum Nativitatis S. Mariae ad Omagium Serssmo Dnó Casimiro Regi Poloniae, et indytae eiq Coronae praestandg, seq, posteros, et Terram sua iuramento ad fidelitatem, subiectionem, et obedientiam perpetuo servandum, et haberi obstringeri consensit, hora tertiarum eodem die hora meridiei, vel pauli serius omagium, et corporale Juramentum praestitit, iuxta formam à Regia Mte datam. Quae quidem Mtas sua, absente adhuc Palatino, solium Regale in Corona Coronatus ascendit, et in apparatu suo Regali induta, consedet in Throno, circundata Spiritualibus, et Secularibq Praelatis inferius scriptis.

Deinde Stephanus Woievoda à Regia Mte per Nuncios Magcos avisatus ad veniendg, et facieri omagium, et per eos conductus equo insidens venit, cum omnibq armigeris suis. Ad latus eius, per unum ipsius fidelem Banderium magnum sericeam coloris rubei, in qua insignia Terrae Valachiae auro depicta erant, ferebatur. Hui vero omnes bona haereditaria in Valachia habentes, et alij omnes Curienses notabiliores Banderia parua quilbt sua equis insidentes manu tenebat suis, et regijs tubis canetibq, et ad Thronum perveniens equo descendit, et accepto in manibus Banderio thronum versus processit, idem sui omnes post eum fecere, capite (loco genu-flexionis) eorum mox demisso, et inclinato, Banderium usq ad Terram inclinavit, idem eius subditis facientibus. Tandem capite, et vexillo erecto, omagium his verbis proferebat Regia Mte sedente.

Clementissime mi Rex. Ego Mti vrae omagium facio, et praesto, cum omnibus terris, et hominibus meis, et peto defensionem Mtis vrae, et circa Jura mea, ac in Jure meo, et dignitatibus conservari.

Hic adhuc vexillum tenuit, et inclinatus capite, tacto signo crucifixi Christi iuravit his verbis.

Gratiosissime Rex, Ego omagium praesto, et Juro, ac etiam promitto fideliter sine dolo, et fraude vrae Mti, Successoribusq vrae Mtis Regibus, et Sacrae Coronae Regni Poloniae, cum omnibq terris Baronibq, et hominibq meis fidelitatem, esseq fidelis, et obediens Serssi vrae successoribq Regibq et Coronae Poloniae, sic me Deus adiuvet, et haec Crux Sancta.

Finito Juramento Regia Mtas in Throno sedens his ei verbis respondit.

Nos te et Terras tuas in nram protectionem suscipimus, et circa Dignitates omnes, et Jura omnia Terrarum tuarum tanquam Palatinum nrum relinquimus.

His dictis osculata est eum Regia Mtas, et post osculum recepit Banderium in manus suas de manibus Palatini, et in manus Marschalci Regni tradidit.

Hic primum armigeri omnes Palatini Valachiae stantes ante Thronum, et circa Thronum, Banderia sua parua ex manibus in terram prostrauerunt, Banderiumq magnum Marschalco Regni, vti ordinatum fuit, e Throno ad Thesaurum Regium deferente, et parua alia per Cubicularios Regios collecta, post magnum vexillum illud ad locum depositorij ferebantur ad seruandum, Noluit Palatinus, et armigeri sui pridie inter tractan consentire, Banderia illa Ludibrio essent, sed honeste haberi propter maiorem beneuolentiam futuram.

Quo peracto Regia Mtas non longe a se Palatinum tanquam amicum, et Omagialem suum collocauit, et considere iussit. Et sedentibus illis, armigeri eius omnes, his verbis tacta manibus sancta Cruce iurarunt.

Nos Barones, Vasalli, et tota Terra Moldauiae praestamus Omagium nro, et totius Communitatis Terrae Moldauiae noie Serzmo Principi Dno Casimiro, et successoribus Regibus Poloniae, et Coronae Regni Poloniae, promittimusq, et Juramus omnem fidelitatem, subiectionem, et obedientiam in perpetuum Serti suae Regno, et Regibus Poloniae. Jta nos Deus adiuuet, et Sancta haec crux Christi.

Juramentum

Juramentum autem Boiari, alij manibus in crucem positis, alij in sublime eleuatis manibus fecerunt.

Post Regia Mtas Armigeros Palatini, et totam eius Curiae iuuentutem praecinxit gladijs, et militiae honore insigniuit.

Eius Actus celebritate pro more Ceremoniarum interfuere Joannes Waczobka Archiepiscopus Leopolien, qui sancta tenebat ad Juramenta, Mathias de Stara Lomza Episcopus Camenecen, et Joannes Tonzonicski Electus Chelmen, Jacobus de Dambno Castell. et Capitaneus Cracouien, qui Coronam Regis capiti dirigebat, Mathias de Brin Poznanien, Joannes Hamor de Tarnow Crac. Spytko de Jaroslaw Sandomirien, qui sceptrum Regi gerebat. Differebant quippe inter se hi duo Crac. et Poznanien Palatini, quorum vterq sceptrum gerere volebat, alter alteri se praeponens, quod postea mutuo consensu ambo, Palatino Sandomirien dedere pro illa vice. Joannes de Pilcza Russiae generalis, Jacobus de Buczacz Podoliae, et Boleslaus de Brzozow Belsen Palatini, Raphael de Jaroslaw Sandomirien idem Regni Marschalcus, Nicolaus de Curoswaki Siradien, Joannes de Koscielecz Dobrinen, Nicolaus de Zungrod Praemislien, Michael de Buczacz Halicien Castellani, Creslaus de Curosvanski Decanus Gneznen, Cancellarius, Petrus de Curosvanski Thesaurarius, qui sub hac differentia pomum Regale tenebat, Cancellario ipso Omagij, ac Juramentorum formam pronunciante, Gregorius de Lubranc Praepositus Scalbimirzien, ViceCancellarius Regni Poloniae. Stanislaus de Brzezie Marschalcus, Ambrosius Pempowski Incisor curiae Regiae Mtis, Joannes Podlodowski Zarnouien, Joannes Oleski Malogasten Castellani Nicolaus de Thenczyn Gladifer, Joannes de Barnow Vexillifer Cracouien ac alij multi Nobiles Juuentus Polona.

Post omagij consummationem scripta sunt vtrinq

Literae seu Privilegia vert ex Parte Palatini super praestito Juramento et ex parte Regiae Mtis super defensione facienda. Quarum tenor sequitur.

IN Nomine Domini Amen. Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae etc. Dominus et haeres. Notum facimus pnti litera nra cuilibet bono, et omnibus qui eam inspecturi fuerit, aut legi audierint. Quia veniens ad nos Magcus Joannes Stephanus Dnus Moldauiae Dei gratia, Sincere nobis dilectus, Omagium et fidelitatis Juramentum nobis, et Successoribus nris Regibus, et Coronae Poloniae praestitit antiquo pdecessorum suorum more, Dum itaque fecerint, idcirco ineamus, et nostri filij et nri Archiepi, Episcopi, et omnes nostri Praelati Spirituales, et omnes nostri Armigeri, Consiliarij, et alij oes subditi nri, Dno Deo et nri Dei, ex toto corde nro, et promittimus et promisimus, damus et dedimus pntem hanc nram Magco Joanni Stephano Woiewodae Dei gratia Dno Terrae Moldauiae super id quo modo à die pnti nos et filij nri habeamus pacem certam, et veram in gratia et amicitia cum Stephano Palatino et cum filijs eius, et debemus Stephanum Palatinum, et filios eius, et omnes Armigeros ipsius, et omnes subditos ipsius, et Terrae ipsius Moldauiae defendere in omnibus suis antiquis granicieb;, prout ex antiquo pertinebant ad Terram Moldauiae ex omnibus partibus gladio nro et Thesauro nro, et Consilio nro, et gentibus et oibus potentijs nris, quas nobis Deus dedit, pro posse nro, et defendere eam ab oibus eius inimicis, et tandem summi amicis ipsius amicus, et inimicis ipsius inimicus, et nullus inimicus Stephani Palatini, locum et victum habere debet in terra nra quae est sub manu nra et sub Corona Poloniae. Et etiam si recederet seruus à Palatino ad nos et ad terram nram, et ad granicies nras, nos eum mittemus ad Stephanum Palatinum, et faciemus sibi pacem, quod iterum rediret ad Stephanum Palatinum. Et si non possemus ei facere pacem, tum non debemus eum tenere circa nos, et non habebit in terra nra locum, neque victum. Si quae admittimus Palatino Stephano et filijs suis et armigeris suis, ac seruitoribus et omnibus subditis ipsius, quod si illi acciderit aliqua inualescentia, et prauanitas ab aliquo inimico, et egrederetur de Terra sua quod Deus auertat, Stephano Palatino, et filijs suis, et vxori eius et omnibus Armigeris suis et oibus seruitoribus suis, et subditis ipsius erit securum, tutum, liberum, et apertum ad omnes Ciuitates nras, et in omnia Castra, et in omnes villas nras, in oes partes in oibus nris Terris, quaecunque sunt sub nra Corona, et sub nris manibus et ipsi habebunt conseruationem sine omni offensione, et sine damno cum omni ipsorum Thesauro et cum oibus ipsorum bonis, et cum oibus quaecunque habebunt, et cum seruitoribus ipsorum alias Stowarzem venire in nram Terram, et venire et manere vbicunque ipsis placebit, prout polliciti sumus et debemus Stephanum Palatinum et filios suos, et Armigeros suos diligere et in honore et gratia tenere. Similiter habebit Stephano Palatino et filijs ipsius, et oibus Armigeris ipsius, et oibus subditis suis recipere, et rehabere Terram suam Moldauiae. Et nos etiam debemus dare ei auxilium gentes et potentias nras potentes, vt sibi auxilientur, ita quod daremus in manus Stephani Palatini patrimonium ipsius. Et dum rehabebit Terram suam Moldauiae e contra et Stephano Palatino, et filijs ipsius et vxori ipsius, et oibus seruitoribus ipsius, et cum omni suo Thesauro, et cum oibus suis bonis, et cum cōmoditatibus alias Sdobrem, et cum oibus quaecunque habebit, et cum oibus ipsius Armigeris et seruitoribus et eorum vxoribus, et ipsarum seruitricibus, et cum oibus Thesauris et cum oibus quaecunque habebunt. Et dederit ipsis securam et liberam, et apertum, et tutum, et sine amissione, et sine quolibet damno, et sine omni offensione, et sine omni retentione, et sine omni arresto vt cum reuerterentur in Terram suam ad Terram Moldauiae sine omni fraude, dolo, et astutia. Et etiam promittimus Stephano Palatino, et Terrae Moldauiae nunquam aduersari

bellumque

belleumq aliquod aut hostilitatem non facere, neq subordinare publicé vel oc;
culte. Ita etiam si audiremus aliquam hostilitatem ex quacunq parte con Ste;
phanum Palatinum, et suam Terram, tunc illi statim scitum dare debemus sup eo.
Non debemus etiam pacem quarere, et facere sine scientia Joannis Stephani Wo;
iewodae in his rebus quae contingunt granicies Valachiae et Terram Moldaviae.
Haec oia supscripta promittimus Woiewodae Stephano, et Armigeris ipsius et
omnibus subditis ipsius tenere, et implere iuxta pntem nram inscriptionem in pptuu
sub nro honore, et sub nra Christiana fide. Et super id est fides et anima nra
et regni nri et fides, et anima filiorum nrorum, et fides et anima Archiepiscoporum
et Episcoporum nrorum, et fides et anima Praelatorum Spiritualium maiorum
et fides et anima omnium Armigerorum nrorum Consiliariorum Magnorum et parvo;
rum. Et pro maiori firmitate et confirmone horum suprascriptorum Sigillum
nrum Regni, et Sigilla Archiepporum, et Eporum, et Praelatorum nrorum Spiritualium, et
sigilla Armigerorum nrorum Consiliariorum subappendi fecimus huic pnti lite;
rae nostrae. Datum in loco Campestri in Castris et Tentorijs ad oppidum nrum
Colomia in Crastino Exaltationis Sanctae Crucis. Anno 1485. Praece;
dens recognitio ad pscriptum Valachi facta, et ex Ruthenica lingua in lati;
nam conversa.


Ex parte Palatini Valachiae Privile; gium homagij eiusmodi exhibitum.

IN nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Dei gra
nos Joannes Stephanus Dnus Terrae Moldaviens, Notum facimus his
literis nris omnibus quicunq inspexerint, aut legi audiverint. Quod cum
Dei voluntate nos sumus Dnus Terrae Moldaviens conabamur, vt veni;
remus ad morem Praedecessorum nrorum, prout erat Praedecessores nri tota fide,
Servitio

Servitio, et gratia Illmis Dnis Regibus, et laudabili Coronae Poloniae, grati
erant ipsi, et Terra Moldaviae, et eiusdem subditi omnes subiectionem inscri;
bebant, et vnitatem faciebant, eo modo et nos fecimus, volentes nos, et Terram
nram removere se à subiectione et debito Praedecessorum nrorum, videntes et cogno;
scentes gram, et benevolentiam Illmi Principis Dni Casimiri Regis Poloniae,
Magni Ducis Lithuaniae, ac Samogitiae, et haeredis Russiae, et Prussiae, ex
qua gratia nos et filios nros et Terram Moldaviae, et omnes subditos nros rece;
pit in suam, et Regni Poloniae tuitionem. Et nos suae Mti, et laudabili Coro;
nae Poloniae, cum oibus nris Consiliarijs, Armigeris, et cum oibus subditis Terrae
Moldaviae omagium praestitimus, subdentes nos, et Terram nram cum omnibus
nris subditis, et cum omni fide et obedientia submittimus nos suae Mati, et
post eam Regibus futuris, et Sctae Coronae Poloniae hac litera nra. Pollice;
mur nos et nostri filij, et eorum posteri, et omnes subditi Armigeri nri Regiae
Mati, et Regibus Successoribus et Coronae Poloniae, cum omni fide servitio,
et obedientia, nullum alium Dnum quarere, neq habere, neq recognoscere
neq ad vllam accedere, neq omagium facere, duntaxat soli Regiae Ma;
iestati, et postea existentibus Regibus, et Coronae Poloniae, et Terris, et Dnijs
suae Matis auxiliari capite, et nris hominibus et potentijs nris con quemlibet
hostem Regiae Matis, et similiter nrum et consulere, et ostendere se
publicé, et esse amicis suae Matis amicus, et inimicis suae Matis ini;
micus fideliter et vere, con suae Mtatem, et Coronam Poloniae, et Terras
et Dnia suae Matis, et cum alio illo homine huiusmodi nunquam
esse, neq illam intelligentiam, aut Practicas, neq inscriptiones facere, con
Regiam Matem, et Coronam suam Poloniae, Et sic si nos haberemus ali;
quas res aut inscriptiones, aut communiones cum aliquo homine con suam
Matem Regiam, et Coronam Poloniae, et Terras, et Dnia suae Ma;
tatis

tatis, et cum alio ullo homine huiusmodi nunquam esse hoc totum destruimus
et mortificamus hac litera nra. Et etiam promittimus nunquam suae Charitati, et
Successoribus ipsius et Coronae Poloniae, et Terris et Dnijs suae Charitatis contrariari nec
aliquam guerram, et inimicitiam facere, neq; instruere aut subordinare neq; publice,
neq; secretè. Et etiam nullum hostem suae Charitatis, et Coronae Poloniae, et Terrarum
et Dniorum suae Charitatis debemus tenere in nris Terris. Et si audiemus et videbimus
aliquas hostilitates ex aliqua parte contra Regiam Charitatem et suos Successores, et Co:
ronam Poloniae, et Terras ac Dnia suae Charitatis ~~debitum~~ debemus suae Charitati
dare scitum. Et sic non debemus ullam guerram incipere, neq; pacem quaerere
neq; concordari sine scientia Charitatis suae Regiae. Cui et Successoribus ipsius, et Co:
ronae Poloniae hoc totum suprascriptum pollicemur, et iuramus tenere et implere
iuxta hanc nram lrām in secula seculorum sub nro honore, et sub nra Christia:
na fide. Et super hoc est fides nra, et anima supradicti domini et anima et fides
filiorum nrorum, et fides et anima Armigerorum nrorum, Consiliariorum nrorum Ma:
gnorum, et parvorum. Et super maiorem firmitatem confirmationis huic toto su:
prascripto Sigillum nrum, et Sigilla oium Armigerorum nrorum, Consiliariorum sus:
pendi fecimus huic literae nrae. Datum in Colomna. Anno à creato mundo,
Sex millium Noningentorum, et nonagesimo Tertio Die 16 Mensis Septembris

Haec Inscriptio ex Valachico in Latinum versa est sed
Rex Ruthenica lingua scriptam accepit.



Confirmatio fœderum cum Woiewoda Moldauiae sub Sigismundo Primo Rege Poloniae rc.

In Nomine Domini Amen; Ad perpetuam rei memoriam. Nos
Sigismundus rc Manifestum facimus vniuersis et singulis praesentes literas
lecturis, et audituris. Quia cum Magcus Dnus Joannes Petrus Woiewoda Mol:
dauiensis Amicus Syncere nobis dilectus, sedem patris sui Stephani Woiewodae,
et fratris sui Joannis Bohdani, ac Nepotis sui Joannis Stephani Woiewodae
nuper defuncti, assecutus per Nobilem Wladam Capitaneum Chochimen.
et Thomam Bemowski Capitaneum Czarnouiensem cum alijs, tum etiam nunc
in hoc Gnali Regni nostri Conuentu à nobis postulasset, vt cum eo antiqua fœ:
dera, et inscriptiones quae cum patre suo olim Stephano, et fratre Bohdano, ac
nepote Stephano Woiewoda fecimus, innouaremus, et confirmaremus. Nos
cognoscentes cuilibet etiam potentissimo Dno multum expedire concordiam
et fœdus mutuum cum alijs vicinis Dnijs et praesertim ijs vtriusq; nrum propter
inualescentem in dies magis hostium Turcarum potentiam, aequum censuimus
eadem ipsa fœdera, et inscriptiones renouare, et confirmare, renouamusq; et
confirmamus harum serie literarum.
Nos Sigismundus Rex volumus fœdus, et pacem perpetuam tenere, et habere,
cum eodem Magco Joanne Petro Woiewoda, ac Terra eius Moldauiensi polli:
cemurq; verbo nro Regio pro nobis Successoribusq; nris, et Consiliarijs Ecclesiasticis
et secularibus, ac vniuersis subditis Regni, et Dominiorum nrorum eandem pacem
perpetuam, cum ipso Magco Joanne Petro Woiewoda, eiusq; pueris, ac puerorum
pueris, et Successoribus ipsius, et Boiaris, et vniuersis subditis ipsius, ac Terra eius
Moldauiensi tenere, et inuiolabiliter obseruare in perpetuum, Regnumq;
et Dominia

et Dominia nra, ac Consiliarij, et omnes subditi nri tenebūt, et obseruabūt. Ipseq̄
Joannes Petrus Woiewoda securus esse debebit, et imperabit in terra sua Mol-
dauien̄, absq̄ ullo nro, liberorū, Successorumq̄ et subditorū Regni, et Dnior̄ nror̄
impedimento, nunc et in posterum.
Pollicemur insuper. Quod Joanni Petro Woiewodæ, pueris ipsius, ac puerorū pue-
ris subditis, ac Terræ eius Moldauien̄ con̄ Tartaros, et omnes alios eius inimicos
consilio, et auxilio nro assistemus, et consilia atq̄ auxilia nra illi pro posse nostro
præstabimus, armis et gentibꝰ nris, et Successores nri præstabunt, et similiter Joannes
ipse Woiewoda, et Successores ipsius, nobis Successoribusq̄ nris con̄ Tartaros, et oēs hostes
nros assistent, et consilia atq̄ auxilia sua pro posse suo præstabunt armis et gētibꝰ
Pollicemur etiam cum Consiliarijs, et subditis nris Joanni Petro Woiewodæ, eiusq̄
pueris, et puerorū pueris, Boiaris, et subditis ipsius, ac Terræ ipsius Moldauien̄ quod
inimicis ipsius erimꝰ inimici, et amicis ipsius erimꝰ, et esse volumꝰ semper amici.
Item quod nullum inimicū Joanni Petro Woiewodæ, qui se appellaret Dnm̄ Terræ
Moldauien̄, et veniret ad nos, aut subditos Regni, et Dominiorū nrorū suscipie-
mus, nec locum usq̄ illi aut victum dabimus. in Terris nris, apud quemcunq̄ ex
subditis nostris abigere illum et pellere de terris nris mandabimꝰ, ut nullo tempore
maneat in Dominijs nris, nec illum tenebimꝰ, nec fouebimꝰ in damnum Joannis
Petri Woiewodæ, successorumq̄ ac subditorū ipsius, ac Terræ Moldauien̄ occulte seu
manifeste. Similiter Joannes Petrus Woiewoda nullum inimicum nrūm qui se ap-
pellaret Dnum Terræ Russiæ, aut Podoliæ ad se vel aliquem ex subditis suis
Terræ Moldauien̄ venientem suscipiet, nec locum usq̄ illi aut victum dabit, in
Terra sua Moldauien̄, et apud subditos suos, sed ubicunq̄ talis homo repertus
fuerit in Terra eius Moldauien̄, et apud subditos suos abire illum et pellere de terra
sua mandabit. Ut nullo tempore maneat in Dnio ipsius, nec illum tenebit, nec foue-
bit in damnum nrum Successorū, subditorumq̄ nrorū, Regniq̄ et Dominiorum
nrorū

nrorum occulte, seu manifeste. Etsi contigerit quod aliquis Boiarus, aut
seruus Joannis Petri Woiewodæ profugeret ad nos, et Terras, aut subditos nros
is poterit sibi quærere grām apud Dominum suum, Joannem Petrum Woiewodam
per se, aut per intercessionem nram, et si eam obtinebit, liberum erit illi, et securum
reuerti ad Dnum suum Joannem Petrum Woiewodam. Quod si gratiam, et
veniam consequi non posset, nos illam non seruabimus apud nos, et subditos nros
in Terris et Dominijs nris, neq̄ occulte, nec manifeste. Similiter si contigerit,
quod aliquis Nobilis Seruitor, aut subditus nr̄ fugeret ad Joannem Petrum Woie-
wodam, aut quemcunq̄ subditum in terra ipsius is quæreret grām apud nos per
seipsum, aut intercessionem Petri Woiewodæ, et si illam obtinuerit, erit illi liberum
et securum redire ad nos, Regnumq̄ ac Dominia nra. Quod si grām, et veniam
nram consequi non posset, Joannes Petrus Woiewoda illam non seruabit apud se,
et subditos suos in Terra eius Moldauien̄, nec occulte nec manifeste.
Item pollicemur Joanni Petro Woiewodæ, et pueris eius, puerorumq̄ ipsius pueris,
et Terræ Moldauien̄ quod nullum damnum, et impedimentum illi faciemus,
nec ullam hostilitatem seu inimicitiam cum illo facto aut consilio occulte, vel
manifeste habebimꝰ, et si intellexerimꝰ undecunq̄ aut a quibuscunq̄ inimicis
aliquod malum, aut damnum illi imminere, id nos Joanni Petro Woiewodæ, ac li-
beris eius, et Terræ Moldauien̄ significabimus.
Et similiter Joannes Petrus Woiewoda et liberi, ac subditi ipsius nullum detri-
mentum ac damnum nobis et Terris nris inferre, nullas quoq̄ inimicitias nobiscū
exercere debet facto, aut consilio, occulte seu manifeste. Et si intellexerit aliqd
malum a nris hostibꝰ nobis imminere, ipse Joannes Petrus Woiewoda debet no-
bis illud indicare, et significare. Propterea si quando nos gnalem expedicioēm
Una cum Serᵐᵒ Principe Dnō Rege Hungariæ facere voluerimꝰ con̄ Turca-
rum Imperatorem, et Terram illius, et nos ipsi in personis nris cum oibꝰ potētijs
Dominiorum nrorū in eandem expedicionem proficisci contigerit, tunc Joannes
Petrus


Petrus Woiewoda solus in persona sua cum omnibus potentijs suis, et tota Ter;
ra sua Moldauiens. vna nobiscum con eundem Turcarum Imperatorem ire
debebit, nisi quod absit graui infirmitate detineretur, propter quam solus in per;
sona sua ire non posset. Quia tunc et eo casu Praefectum suum cum omnibus suis po;
tentijs mittere nobiscum, et expedire debebit. Priusquam vero eiusmodi expe;
dicionem gnalem con Caesarem Turcarum faciemus. Nos Sigismundus Rex
Poloniae, vna cum Serenissimo Rege Ungariae ipsi Joanni Petro Woiewodae, ac eius
Terrae Moldauiens., con eundem Caesarem Turcarum assistemus et auxilium
praestabimus. Similiter quoque Joannes Petrus Woiewoda quemcunque interim
audierit de Turcis, nobis illa et Serenissimo Regi Ungariae quantum poterit signifi;
care debebit, et neque consilium, neque auxilium ipse Joannes Petrus Woiewoda
dabit Turcis aduersus nos, sed quantum maxime poterit erit illis inimicus.
Quod si Turcarum Imperator solus in persona sua cum valido Exercitu, veniens
cogeret vi, et armis Joan: Petrum Woiewodam dare sibi auxilia con Terras
nras, ipseque magnae potentiae illius resistere non valeret, ferret auxilia Turcis
aduersus terram nram, foedus, et pax perpetua inter nos propterea violari,
et rumpi non debet, in quantum constaret ipsum Joan: Petrum Woiewodam
vi ad hoc coactum fuisse. Etiam pollicemur Joan: Petro Woiewodae. Quod
si contigerit ex permissione Diuina (quod absit) ipsum propter potentiam
alicuius validi hostis, cui resistere non possit, exire de Terra sua ad Regnum
Poloniae, aut alia Dnia nra, tunc et eo casu Terrae nrae apertae erunt illi,
eiusque vxori, liberis, et vniuersae familiae seu generi ipsius, et Boiaris ipsius
cum Vxoribus, cum liberis, et subditis eorundem, cum thesauris, et rebus omnibus
quae ad eos spectant liberum erit eis venire ad nos, Terras, Castra, et Ciuitates
nras, et manere libere et secure vbicunque eis visum fuerit. Nos in eo casu prm
Joannem Petrum Woiewodam, ac Coniugem, liberosque ipsius, ac Boiaros cum
Vxoribus, cum pueris ipsorum, gratia et beneuolentia nra prosequemur et in

gratia

gratia ac honore conseruabimus. Habebit ipse Joan: Petrus libertatem in Ter;
ris nris manens, recuperare Terram suam Moldauiens. Et cum id facere voluerit
Nos Sigismundus Rex viribus et potentijs nris illum adiuuabimus, vt repetere
et recuperare posset Terram ipsam suam Moldauiensem, et cum Dominus
Deus adiuuerit, quod eandem suam Terram recuperabit, liberum erit et se;
curum et apertum ipsi Joanni Woiewodae Petro amico nro absque omni incom;
modo et damno, exire de Terris nris, cum coniuge liberis, et cum vniuerso
genere, et omnibus Boiaris suis, ac vxoribus eorundem pueris et seruis, ac
thesauris ipsorum et omnibus quae habuerint ad Terram suam Moldauiens.
Item. Mercatoribus Joan: Petri Woiewodae de Terra Moldauiens. libe;
rum erit, et securum ire per terras nras, et mercari, ac negotia sua exercere,
solutis vectigalibus, et Theloneis consuetis, et seruato Jure antiquorum empo;
riorum, seu depositorum. Et similiter nris Mercatoribus, et subditis liberum esse
debet, securum et apertum ire per Terram Moldauiae, et mercari, ac negotia
sua exercere, solutis vectigalibus, ac Theloneis antiquis, et seruato Jure anti;
quorum emporiorum, et depositorum. Si quae aut iniuriae et damna e;
uenient inter subditos vtriusque circa fines, Nos cognitionem ipsorum Camenecens.
et Haliciens. Capitaneis pro tempore existentibus committemus, sic quod cum facta
fuerit iniuria aliqua, aut damnum alicui subdito de Terra Moldauiensi
ab aliquo subdito nro, is cui facta fuerit iniuria petere debet iusticiam a Capi;
taneis Camenecens. et Haliciens. Et ij ipsi Capitanei habebunt ptatem, vnu;
quemque subditum nrum, vt facere possint cum eis Justiciam, Deumque oculis
habens hominibus Joan: Petri Woiewodae de Terra Moldauiens. Similiter
si cuipiam ex subditis nris facta erit iniuria, aut damnum a subditis aut ali;
quo homine Woiewodae, et Terrae Moldauiens., is petere debet Justiciam a Ca;
pitaneis Socimens. et Czarnouiens., illi vero Authoritatem, et ptem habere de;
bent a Dno Joanne Petro Woiewoda de omnibus. Deum prae oculis habens
iusticiam ministrare.

Quod si

Quod si aliqua magna grauis iniuria, et dissensio acciderit inter Capitaneos nros, et ipsius Joannis Petri Woiewodae significabimq, et ille nobis vicissim, et Vterq nrum Oratores, et Consiliarios suos solennes mittere debebit, qui simul conuenientes, de eiusmodi iniuria, et differentia cognoscat, et Justiciam faciant.
Hae autem iniuriae, et damna, quae vtrinq inter subditos euenerint, hoc foedq et pacem perpetuam inter nos violare, et frangere non debet.
Conuentus vero ad componendu et cognoscendum vtrinq, de huiusmodi iniurijs, et damnis fieri debet, in locis consuetis, in quibus hactenus fuit tentq et habitus. Haec omnia supradicta Nos Sigismundus Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae &c. Pollicemur verbo nro Regio cum omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Consiliarijs Ecclesiasticis, et Secularibus, et subditis Regni, et Dominiorum nrorum amico nro Joanne Petro Woiewodae Terrae Moldauien eiusq pueris, pueros ipsius pueris, ac omnibus haeredibus, et subditis ipsiq firmiter tenere, implere, et inuiolabiliter obseruare, sine fraude et dolo, Successoresq et subditi nri obseruabunt. In quorum oium et singulorum fidem, et euidentius testimonium Sigillum nostru ac etiam sigilla Consiliariorum nrorum praesentibq sunt appensa. Actum et Datum in Conuentu Piotrkouien gnali die Sanctae Luciae. Anno Dni 1537. Regni nri anno 21. Praesentibus Rs^mo^ et Reuer^dis^ in Chro Patribq Joanne Archiepiscopo Gneznen Legato nato, et Primate, Petro Crac. et Regni Vicecancellario, Mathia Wladislauien, Joanne Poznanien, Andrea Plocen, Joanne Praemislien Episcopis. Necnon Magnificis, Venerabilibus, et Gnosis Christophoro de Szydlowiec Castellano, et Capitaneo Crac. et Regni nri Cancellario, ac Syradien, Nouae Ciuitatis Korczyn, Gostinen, Sochacouien, Lubauien Capitaneo, Andrea de Tenczyn Cracouien, et Belzen, Chelmen, Ratsnen, et Crasnostauien Capitaneo, Otta de Chodecz Sendomirien, et Capitaneo Chacinen, Andrea de Opatow Brzesten, Joanne de Opatow Jnowladislauien et Capitaneo Crusuicien, Joanne Comite de Tarnow Russiae Generali, et Exercituum Regni nri supremo Ductore, et Capitaneo Sendomirien, Joanne Bochotnicski de Olesnicza Lublinen, et Andrea de Kiszczyce Plocen Palatinis, Luca de Gorka Poznanien, et Capitaneo Maioris Poloniae generali, Nicolao de Szydlowiec Sendomirien, et Thesaurario Regni nri, ac Radomien, Osnecimen, Zatorien, Krzepicen, Olstinen, Grodecen Capitaneo, Stanislao Thomicski Calisien, Jacobo de Pzeraz Syradien, Vincentio Swidwa de Szamotuly Gneznen, Joanne de Tenczyn Lublinen, Stanislao de Sprowa Biecen et Capitaneo Opocinen, Adamo de Drzewicza Radomien &c. Capitaneo Jnowloden, Hieronymo Rozdrazewski Rogozinen, Martino Myszkowski Vielunen, Nicolao de Russocziche Biechouien, Joanne Kobelinski Rospirien, Nicolao Ciekowski Polanecen, Andrea Czotowski Konvalien, Felice Srzenski Dobrzynen Castellanis, Stanislao de Chodecz Mensale Regni nri, et Leopolien ac Lubachouien Capitaneo, Joanne de Lasko Gneznen et Lencicien Praeposito, Joanne Chojenski Praepto Poznanien, Bernardo Waponski Cantore, Joanne Gorski Archidiacono Poznanien, Nicolao Zamoyski Praepto Tarnouien, Stanislao Tarlo Archidiacono Lublinen Canonico Crac. Secretarijs nris, Syluestro Ostrorowski Succamerario nro, et Capitaneo Zawichosten, Martino Zborowski Pincerna Regni nri Joanne Tarlo Structore Mensae nrae, Nicolao Thomicski Tribuno Lencitien Praefecto Stabuli nri, et Costen Pizdren Coninen Capitaneo, Simone Chlewicski Magistro Coquinae nrae. Caeterisq quam plurimis Dignitarijs, officialibq, et Aulicis nris, testibus ad praemissa fide dignis Syncere, deuotis, et fidelibus nobis delectis. Datum per manus praefati Magci Christophori de Szydlowiec Castellani, et Capti Crac. et Regni nri Cancellarij.



Fœdus Sigismundi Primi Regis Poloniæ cum Cæsare Pracopien. Mendigerei.

Nos Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Rus-
siæ, Prussiæ, Masouiæ etc. Dn̄s et hæres. Significamus tenore pñtium, quibg
expedit vniuersis et singulis. Quia reuoluentes veteris fœderis conclusiones Ser̄is
moꝝ Prædecessorum nr̄orum fælicis recordationis Wladislai Jagellonis Aui, Vitoldi,
Sigismundi, Casimiri genitoris Regum Poloniæ, et Magnorum Ducum Lithuaniæ,
ex vna, et Prædecessores Ser̄smi magnæ ordæ magni Cæsaris, Mendigerei fratris
nostri Sahtomiscs Asdigerei patre nuncupato, et alijs Imperatoribg partibg ex
altera factas priuilegijs, et inscriptionibg vtrinq̄ confirmatas, quibg liquido satis
perspeximus illas tempore præsidentiæ, seu Dominiōis eoꝝ inter se coniunctissimæ,
et fraterne conuixisse, et solido fauore sinceroq̄ affectu inuicem fuisse complexos
ita vt alterig hostis pro communi hoste semper haberetur. Itidemq̄ alterius
amicus nonnisi communis amicg censeretur, præterea vnitis semper viribg et
concordi voto con̄ quemlt hostem dimicabatur. Cujus amicitiæ interuentu fines
Imperij, et Dominioꝝ vtriusq̄ hostili potentia perdomita, et confracta propa-
gabantur, et non paruo in dies augebatur incremento, ita vtres illoꝝ communes
secundæ admodum domi, forisq̄ haberentur. Nos etiam diligenti, et matura
intra nos deliberatiōne habita, considerantes nouorum fœderum, amicitiaꝝ, et socie-
tatum, dubios fore euentus, illis veteres amicitias, quas solidiores vsu semp didicis-
mg pferendas, posteaquam ad Culmenq̄ Regalis Dignitatis in Regno Poloniæ
et Magno Ducatu Lithuaniæ patrem, auitaq̄ solia fauente Dn̄o conscendimg.
Vsq̄ ad id tempus à nouis societatibg, et confœderationibg semper abhorrentes, non
alibi vnquam amicitias nobis comparare volumg, quam apud fratrem nostrum
Cæsarem Mendigerei, dignumq̄ existimauimg eum quo mutuis officijs et be-
neficijs innitendo vestigijs Prædecessorum nr̄orum certaremg, quàm nostram
erga illum tàm propensam voluntatem, frequentibg et honorificis legationibg
Nuncijs

Nuncijs nr̄is, et alijs beneuolentiæ argumentis illum salutando, quemq̄ ipsum
resq̄ suas incolumes esse cupiamus, nixi sumg in hanc vsq̄ diem sedulò
demonstrare. Is demum frater nr̄ Cæsar Mendigerei eius nr̄i erga se
affectg non ingratg cupiens amicitiaꝝ taliter iacta fundamenta, tam à
Prædecessoribg quàm etiam à nobis coalescere, et maiori certitudine robo-
rari nobis tam per l'r̄as, quàm per Oratores suos Donlekbakeli, et Vin-
centium Baptistam, quam declarauit se plurimum desiderare, vt pdictas
amicitias ~~nominis~~ nr̄is rursus conclusionibg, et inscriptionibg ac iuramentis
confirmaremg. Nos vero Sigismundg pdictg Rex, et Magng Dux etc.
De consilio Consiliarioꝝ Regni nr̄i status vtriusq̄, grā Diuina in nobis
inspirante, et eiusmodi nouas inscriptiones, et conclusiones cōfessimg
prntibg l'r̄is nr̄is innotescimg, omnibus vniuersis et singulis. Quia inniuimus
perpetuæ pacis fœdera cum Magno Imperatore Magnæ Ordæ Men-
digerei fratre nr̄o, Cum quo in ea amicitia et beneuolentia perseuerare
Voluimg, qualis inter Diuæ memoriæ Prædecessores nr̄os, et genitorem
nr̄um Casimirum Regem, et Acziger Cæsarem similiter patrem eius
extitit, hoc est amicos, et inimicos communes esse semper censendo, et
sæpe dictus frater nr̄ Mendigerei Cæsar cum omnibus et singulis natis,
Nepotibus, fratribus natu minoribus, et cum vniuerso tam dextri, quàm
sinistri lateris Senatu, Legionarijs, Millenarijs, Centurionibg, et omnibg
Vlanis, et Murzis, Ducibg cæterisq̄ omnibg Dignitarijs, Magistratibg, quo-
modocunq̄ nuncupatis et gentibg con̄ quemlt hostem nr̄um pro nostra
iniuria velut propria dimicare tenebitur, et erit obligatus, cum quibg sup-
dictis oibg erit amicg amico, et inimicg inimico. Et item Castra, Castella
Territoria, Ciuitates, Vrbes, villas, Rura, Aquas, Terras, quas hostis nr̄
fide Grecg Moschouita de Magno Ducatu Lithuaniæ tempore pidelitor
Ser̄smi olim Alexandri Regis Prædecessoris, et Germani nr̄i carissimi,
contra


contra iusiurandum auulsit, et dolose occupauit pdictus frater nr illa omnia suis, suorumque viribus ex eius manibus seu dicione recuperare, nobisque gratuito et sine quauis difficultate restituere tenebitur, et erit astrictus, et quotiens opus erit auxilijs con dictum hostem nrum Moschouitam habueri/mus illa nobis cum omni potentatu suo quanto celerius poterit prstabit. Et simili modo con quemcunque alium hostem nrum etiam nobis auxilia praestare tenebitur, et erit obligatus, in eo numero, et copijs, pro quibus nos fratrem nrum requirimus. Item simili modo Castra, quae Praedecessores eius/dem fratris nri Caesares, et pater Ac Tiger Cesar, ipseque frater nr Cesar Men/digerei pariter cum legionibus, terris, aquis, et omnibus prouentionibus, vtilitatibus/que, et datijs in eorum literis alijs sigillis designatis, et munitis, describere, quae ad Do/minium Magni Ducatus Lithuaniae pertineret. Quae quidem ex talibus Casteris negligentia Praedecessorum nrorum in manus hostis nostri Moschouitae incidens eius dicioni accessere, saepedictus frater nr Caesar Mendigerey, innitendo inscri/ptionibus Praedecessorum suorum, conclusionibusque nobiscum factis, verbo eius firmo Caesareo, illa etiam viribus suis recuperare de manibus Moschouitae hostis nostri et nobis simpliciter sine quauis renitentia resignare, seu tradere ad Magnum Ducatum debebit. Item Nos etiam filios Achmath, et filios Machometi hostes fratris nostri Mendigerey Caesaris pro hostibus habebimus, et cum ipso con illos hostilia volumus exercere. Item hostem illius Schiachmath in Dnijs Magni Ducatus Lithuaniae captiuum volumus tenere, et ex captiuitate ad damnum et incomodum ipsius Imperatoris, illum ad tempora vitae suae nunquam liberum dimittere. Seruis etiam suis in dispendium dicti fratris nri licentiam, seu facultatem abeundi nolumus praestare. Et hoc si Imperator nobis super scripta seruauerit promissa. Praeterea omnes et vniuersas hostilita/tes, damna, indignitates, et alia eiusmodi vtrique Dnio nro, tam Regno Poloniae

Poloniae quam Magno Ducatui Lithuaniae, quam Serenissimi foelicis recor/dationis Casimiri patris, Alberti, Alexandri fratrum Regum et Praedeces/sorum nrorum, tum etiam nris temporibus per Machmet hgerey Sulthan et alios Sulthanos fratres, et filios dicti Caesaris, Satrapas, seu vlanos Duces, illatas, et inflictas in vniuersum illis remittimus, omnemque rancorem, seu vlti/onis libidinem ex animo abolemus. Liberumque deinceps erit pratextu eius foederis, et solidae amicitiae fratri nro Caesari, et Machmethgerey Solthan, et alijs Solthanis, in eorum proprijs personis, in Dominio Magni Ducatus Li/thuaniae vel item ad nos Sigismundum Regem, tanquam hospitibus, et in/uitatis veluti auxiliarijs con quemlibet hostem cum eorum gentibus in certo nu/mero per nos admittendo, sine quouis incomodo suo, in dominia nra venire et redire.

Qui quidem taliter aduenientes, et redeuntes veluti amici debebunt a no/bis non minus humaniter, quam honorifice tractari. Item Mercatores institoresque, tam dicti Caesaris fratris Mendigherey, quam etiam eius Se/natus solutis antiquis Theloneis, seu gabellis comeandi, et comercia exer/cendi in Dnia nra, tam Regni Poloniae, quam Magni Ducatus Lithuaniae liberam habebunt potestatem, si aut accideret pdictos Mercatores per quem/piam Officialem nrum vltra soluta grauari, tunc nos facta in Officialem iusta animaduersione: Iubebimus omne damnum grauatis sarciri.

V pomi Item volentes vt munificentia nra erga fratrem nrum Caesarem et seruitores eius magis appareret conspicua, illique eiusmodi donarijs subleuati ad auxiliandum nobis reddantur paratiores, et magis idonei, promittimus dicto nro fri Cesari Mendigherei ex gra nra fraterna, qua illum complectimur, quolibet anno Quindecim Millia Florenorum per proprium nrum Nuncium, me/dietatem in mercibus transmittere, et alteram medietatem in numerata peccunia

peccunia dare. Quam summam in duas ratas dividere debemus. Prima rata erit pro Pentecoste. Secunda vero pro festo S. Martini, aliaque omnia superius expressa inviolabiliter tenere. Frater autem noster Cesar Mendigerei omnes conclusiones in eorum articulis, punctis tenebitur observare incocusse et simpliciter sine quovis colore, et erit astrictus. In quorum omnium fidem has nostras patentes literas de consilio Consiliariorum nostrorum conscribi, et sigilli nostri munimine quo tanquam Rex Poloniae utimur roborari iussimus. Datum Vilnae vii° Septembris Anno Domini 1513.



Foedus Turcicum per Dominum Petrum Opalinski Curiae Magistrum Sigismundi Augusti Regis allatum.

CUm gratia et auxilio excelsi et summi Dei, et cum Authoritate et ductu Prophetarum, denique cum adiumento Machmeti Mustapha, et cum gratia quorum Consiliariorum Prophetae nostri Chubekier, Omer, Osman, Ali, quibus omnibus Deus sit propicius, supra omnia tamen sanctis suis Prophetis. Ego sum Imperator Imperatorum, et dator Coronarum, et statuum Principibus per me super terra constitutis, et amplius sum ego umbra Dei super Terra, et Dominus albi maris, et nigri maris, Greciae, Etoliae, Caramaniae, et Provinciae Rumiae, Durgadir, et Diarbek, Jorgianae, Edinbarsan, Adrianiae, Alepi, Damasci, Alchairi, Meckae, Mediae, et Hierusalem, et reliquae totius Arabiae, et Provinciae Jemmae, et amplius omnium Provinciarum a maioribus Antecessoribusque meis quaesitarum, et a me lucenti ense subiungatarum.

Ego Sultan Baiazethi filius, qui fuit Sultani Selemi filius sum Saleiman Tach Imperator, tu qui inter Principes Christianae fidei maior es Rex Poloniae intelligas, quod in praesens vester dilectus et fidelis Orator, quem Sue ad excelsum meae portae solium misistis, cui loco caeteri Magnates, et Principes fecerunt, et vos quoque Salutem vestrum, et filius vester misistis, qui filius omnibus Principibus e Christianis fortunatior, quem vos in Regium locum vestrum suffecistis, et eius causa egistis, ut ad amicitiam quam cum excelsa porta nostra a longo tempore tenuistis, inter filios etiam nostros descendentes observandam, et firmandam

mandam Capitula vobis in scriptura daremus. Quamobrem propter vos qui estis persona et multæ experientiæ, et prouectæ ætatis, et propter obseruatam longo tempore inter nos amicitiam, et beneuolentiam mutuã, sicut preterito tempore fecimus retinebimus. Quod vero attinet ad filios et descendentes, quorum meministis, si ipsi filij erunt boni et sequentur vestigia Patrum, etiam sibi ipsis bene consulent. Quod vero postulastis vt inter nos, et filium vrum prntem amicitia et beneuolentia recipiatur ob amorem vrm sumus contenti hoc facere.


Præterea Potentissime Imperator Tartarorum ex nomine Saibkereblan, qui in fælicissima Aula nra creuit, in militiaq, et operationibus nris afuerit est hic nobis loco filij, ei diximus, vt cum contractu inter nos et vos sit amicitia ipse etiam praestet se vobis amicum, necesse tñ erit, vt vos vicissim in amicitia ei rndeatis, et in hunc modum vos exhibeatis, ne Tartari seu cognati, qui prædicto Imperatori non obediunt, ab illo fugientes receptum apud vos habe; ant, neq auxilium quod apud vos petierint obtineant. Quin etiam et vos aduenientes illos Regno vrõ arceatis, et persequamini.

De Terra Bogdano et Valachis, qui sunt serui et Tributarij nri, si illorum aliquis ex timore Prouinciam, et domicilium desereret, ad vosq, pro receptu confugeret, vobis dicimus ne illos recipere, nec ad nos admittere vellitis, imò precidentes illis eiusmodi spem, et occasionem asperum vos erga illos exhibebitis, vt non habeant causam istiusmodi consilia amplectẽdi.

Insuper si quis suadente Diabolo in animum sibi induceret aduersum nos inimicé agere, ad nosq pro conducendis gentibus, et comparando armorum apparatu, vel solicitandis consilijs inimicitiam aduersum nos prae se ferẽtibus eum vos, et similes æmulos vros à consilijs vris, et omni eorum conatu prohibe; bitis, et habentes claram inuiolatam amicitiam nram eritis semp amicus

amico

amico, et inimico inimicus, quoniam ex parte nra amicitia erit semper custodita, et obseruata, per eum solum verumq Deum, qui cælum et terram creauit, et per nrm prntem, et Antecessores nros affirmamus, quod ex parte nra erit semper et firmè obseruata amicitia, et bona pax.



Fœdus cum Cæsare Turcarum per Magnificum Dominum Stanislaum Tenczynski Castellanum Leopoliensem allatum.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Quod cum Ser^mis Prædecessoribus nostris cum Potentissimis Dnis Turcarum Cæsaribus vetusta fœdera intercessissent quæ ab utrisque culta et servata sunt. Divus quoque Parens noster Ser^mus Princeps Dnus Sigismundus Rex Poloniæ cum Potentissimo Principe Dno Sultano Solimano Sat^s Cæsare Turcarum pactam semel amicitiam et fœdera ab extrema usque vitæ suæ tempora sanctissime conservavit. Cuius exemplum nos imitati, ut primum post mortem eius Regni gubernacula accepimus, Misimus Oratorem nostrum Mag^cum Stanislaum Comitem in Tenczyn Castellanum Leopolien. et Lublinen. Belsen. Capitaneum, ut vetusta fœdera cum Mte illius renovaret, atque amicitiam inter nos et illius Mtem confirmaret. Et cum Potentissimus Princeps Dnus Cæsar Turcarum eam ipsam amicitiam et fœdera nobiscum innovasset, et confirmasset, literisque suis ad nos datis hoc ipsum testatus esset. Nos vicissim literis hisce nostris spondemus et promittimus, Quod a die vigesima anni præteriti 1553 ad finem usque vitæ suæ, et Potentissimi Dni Cæsaris Turcarum fœdus, et amicitiam cum Mte illius observaturi, neque ullum damnum et detrimentum Castris Civitatibus, villis ditionibus Mtis illius illaturi sumus. Subditis quoque nostris cuius-

cunque

cunque gradus et condicionis existant mandaturi, ne quod detrimentum vel incommodum dicionibus Mtis illius inferant. Quemadmodum neque Mtas illius, subditique Mtis illius, Terris Castris, Civitatibus, Oppidis et villis dicionis nostræ nullum incommodum, aut damnum inferent. Oratores Nuncii et servitores nostri liberum transitum accessum, et recessum ad Mtem illius, nullis literis liberi transitus ad id requisitis habere debent, personis et rebus eorum salvis, Conductores boni et fideles in finibus eius dari debent, eodem vero pacto nos, et subditi nostri erga Mtis illius Oratores Nuncios et servitores gerere et conservare nos debebimus, et tenebimur. Quod si aliqui ex hominibus nostris captivi in dicionibus Mtis illius Cæsareæ reperti fuerint, qui a Christiana religione non desciverint, liberum erit hominibus nostris iis, qui eos invenerint ipsos ab eorum Dnis redimere eodem quo empti fuerunt precio. Et si de precio differentia aliqua orta fuerit, quod maius sit precium, quam quo eos emerint eorum dni si vellent, emptores iuramento pro more fidei suæ precium emptorum servorum comprobare debebunt, quo accepto subditos nostros libere manu mittere erunt astricti. Quicunque vero ex subditis nostris a die incoronationis usque ad tempus terminandorum fœderum capti, et in diciones Mtis illius abducti fuerint, ii absque omni precio libere dimitti debent. Similiter vero quicunque subditi Mtis illius capti, et in diciones nostras adducti fuerint, ii libere absque quovis precio dimitti debebunt. Mercatoribus utriusque nostrum liber hinc inde tam terra quam Mari transitus in Terris et dicionibus utriusque nostrum per civitates, oppida, et loca omnia Theloneo pro more soluto esse debent, personis et rebus eorum omnibus salvis. Quod si vero aliquem Mercatorem nostrum in dicionibus Mtis illius Cæsareæ mori contigerit, eius res, et merces omnes integre adservari debent, et cum per hominem nostrum literas nostras habentem repetitæ fuerint tradi illi debebunt. Itaque nos, et


Subditi

Subditi nri erga mercatores Altis illius gerere nos tenebimur. Damna
vero quæcunque subditis Potentissimi Dni Cæsaris Turcarum per subdi-
tos nros illata fuerint, nos ea qui illa intulerint punire, et damna re-
sarcire tenebimur. Eodem vero pacto nobis et hominibus nris
et Altis illius, et eius subditis damna illata sarcire debebunt. Pi-
gnorationes vero nullæ utrinque in mercatores, et subditos comunes
esse debent. Ut vero occasiones omnes damnorum et iniuriarum amove-
antur, Ita inter nos, et illius Altem constitutum est, quod subditi, et Mer-
catores tam nostri, quàm Altis illius non prius alter alteri credere, aut
merces aliquas dare debebit, quàm apud officium aut Judicium aliquod,
de summa credita cautionem, et inscriptionem debitor creditori fece-
rit, Ut et pax et amicitia firma inter nos, et Altem illius consti-
tuatur, cuiuscunque rescindendæ, aut labefactandæ nulla prorsus.
occasio maneat. Cum hactenus Commissarij utriusque nrum, ad
iniurias utriusque nrum, ad iniurias utriusque illatas componendas
et sarciendas convenire non potuerint, Altas illius Cæsarea damna
omnia subditis suis per subditos nostros ad diem usque constitutionis
præsentium fœderum illata nobis condonavit, et remisit. Nos etiam si-
militer damna omnia nobis, et subditis nris per subditos Altis illius
illata Alti suæ Cæsareæ remittimus et condonamus, neque utrinque amplius
repetere illa debebimus, aut poterimus. Cæsar Przekopecensis durante
hoc fœdere nulla damna ditionibus nris inferre debebit. Nos
vero stipendium solitum, ut nobis contra hostes nros assistat dare
illi debebimus. Quod si ipse aut subditi illius nris subditis, aut
ditionibus nris damna et iniurias aliquas ~~attulerint~~ intulerint id totum ex
Mandato Altis suæ Cæsareæ in instanti sarcire illa tenebitur.
&c.

Ex parte vicissim nra, si quod damnum ab hominibus nris Tartaris
Przekopecensi Cæsari, et Palatino Valachiæ, aut hominibus et dicio-
nibus illorum illatum fuerit, id totum nos cum requisiti fuerimus, nulla
interposita mora sarcire illis mandabimus. Maleficis hominibus
damna, et incursiones in Terras Moldaviæ facientibus ex Va-
lachia profugis receptum in Regno, et Dominijs nris non dabimus
et si qui eiusmodi in Regno nro repti fuerint, eos ad Altem suam
Cæs. ad requisitionem in dicionibus nris non retinebimus. Similiter
etiam Altas illius Cæsarea profugis hominibus ex Regno et Dnijs
nris in dicionibus suis receptum dare non debet, et eos qui tales
reperti fuerint cum à nobis requisita fuerit, retinere in Dicionibus
suis non debebit. Fures et latrones cum alicui ex subditis nris
res et merces furtim, aut in dicionibus Altis suæ Cæsareæ abstule-
rint, per officium aut Judicium vicinum inveniri, et morte pu-
niri debebunt. Res vero illatæ hic cui acceptæ fuerint integre
tradi debent. Idem etiam nos Altis suæ subditis in Regno, et
Dominijs præstare sumus. Bialogrodensis et Sylistriensis Sendziacij
neminem per fluvios, seu Niestrum, Danubium, et Borysthe-
nem in Diciones nras transire permittere debent, solum modo O-
ratores, Nuncios, et Mercatores, Teloneatores, et Portuum
Custodes Altis suæ Cæsareæ diligenter ibidem custodire debent
ne quis ex subditis nris in Ditiones Altis illius ex Dnijs nris præter
Oratores, Nuncios, et Mercatores ingrediatur. Quoscunque vero
captivos ex Regno, et Dnijs nris in Altis illius Cæsareæ diciones
abduci per quempiam contigerit, ij eripi, et libere dimitti per Altis
Suæ

suae Portuum custodes debent. Item pastores gregum, qui Czabani
vocantur, greges et armenta ultra fluvios Niester, et Boriste-
nem in pontem nrm, seu fundo nro pascere non debent, nisi prius
apud Capitaneos locis vicinos, aut Notarios nros ad id per nos
designandos gregum suorum professione facta, et tributo à
pascuis persoluto. Cum vero professionem apud nos fecerint,
et pascua conduxerint, Capitanei nri eos a damnis et inimicis vin-
dicare debent. Equi subditis, et Mercatoribus nris per subditos
Mtis illius Cesareae in Podwodas, tum etiam per Janczaros belli
tempore capi non debent. Ut aut maior, et firmior amicitia
inter nos, et Mtem illius Cesaream constituatur, stabiliaturque.
Mtas sua Cesarea amicum se amicis omnibus nris, inimicis vero
inimicum professa est. Nos quoque similiter amicum Nos Mtis.
suae amicis, inimicis vero inimicum fore profitemur. Quae
quidem omnia in literis hisce expssa Mtas illius Cesarea plenè
integrè, inviolateque tenere, sancteque servare, et custodire ad
vitae suae extrema tempora verbo suo promisit, et juramento
Deo omnipotenti, et Prophetae suo Machometo, caeterisque Prophetis
pstito confirmavit. Nos etiam similiter ea omnia in literis hisce
expssa plenè, integrè, sancteque servare ad extrema vitae suae
tempora spondemus, pollicemur, et iureiurando per nomen
Dei omnipotentis confirmamus. Dummodo ex parte Mtis suae
Cesareae occasio aliqua rumpendi huiusce foederis non detur.
quam nos nullam Deo duce daturi sumus, et certo pollicemur.
In cuius rei fidem et testimonium Sigillum nrum psentibus

appendi iussimus. Datum ex Civitate nra Lublinen. in Comi-
tijs Regni nri generalibus xij die Mensis Martij. Anno
Domini Millesimo, Quingentesimo quinquagesimo
Quarto. Regni vero nostri anno Vigesimo Quinto.



Contenta Pactorum cum Turca: Cum Imperatore per Dominum Petrum Zborowski Castellanum Voinicen. et Hasun czausz missorum.

Anno Domini 1568.

Ex Divina innumerabili ac immensa clemencia Dei omnipotentis et ex immemorabilibus miraculis S. Propheta nri Machmeth, et suorum Apostolorum, et omnium sanctorum, quorum animis creator cœli et terræ benedicat. Ego Albi et Nigri Maris, tum Greciæ Anatoliæ, Damasciæ, Hasebice Caramaniæ, Romaniæ, et Regnorum Sulkadiræ, et Diarbekiriensium Provinciarum, Curdeianorum, et Esorfiensium, et Sanctæ Mechæ, et Hierusalem, In summa totius Dominij Arabiæ, Aden, et Yemen, Babiloniæ, et Bassæ, Alciræ, et Sedis Budensis, ac multorum aliorum Regnorum, et provinciarum, quæ Divina favente clemencia per nros Abavos sunt occupata, filius Sulthan Solimani fœlicissimæ memoriæ, potentissimus et invincissimus Princeps Sultanus, Sulthan Selimus Imperator Imperatorum semper Augustus, et Dominus Dominantium, et Terrestrium Dominiorum, Monarcha totius orbis Terrarum. etc. etc. etc.

Cum ista Serma Confirmatoria nec non amicabiliter obligatoria Privilegia nræ Monarchiæ quisque videbit et perleget. Manifestamus et protestamur omnibus, notumque facimus. Qualiter Sermus Rex Polo: niæ Sigismundus Augustus iuxta priora à nobis, et genitore nostro data Privilegia constantis amicitiæ confirmatoria, denuo eadem renovari petijt, et antiquam sanctam amicitiam iterum nobiscum confirmari postulavit. Quapropter ex suis magnatibus, et primis Consiliarijs Magcum Virum Petrum de Zborow Castellanum Voinicen. ad potentissimam et invictissimam portam nræ Monarchiæ Legatum misit, certo significans per oratorem suum se dictum velle syncerum et constantem amicitiam nobiscum firmiter observare. Quapropter in Anno Sanctissimi Prophetæ nri 970 Mensis Rebiularem die 20, quod est anno Sancti Prophetæ Iesu id est Christi 1568 ultima die Mensis Iulij, ista fœlicissima Privilegia constantem amicitiam obligatoria a me data sunt. Mando itaque, ne ex parte ~~de~~ altissimæ magnitudinis nræ Dnijs Sermi Regis Poloniæ, ubicumque se Iurisdictio eius extendit, tam Arcibus, Castellis, villis, oppidis, quam generaliter universæ quam possidet dicioni, ne omnibus eius gubernationi subiectis, vel Consiliarij Beglerbegi, Sendziakbegi, mancipia nra, vel in finibus manentes Capitanei et milites, ullum damnum, aut impedimentum inferat. Similiter in Dominijs nris bona, Arces, Civitates, oppida, villæ, in summa quæcunque nræ subiectæ sunt potestati tuta et libera erunt, ex parte Sermi Regis Poloniæ, tam eius Magnatum, ab omnibus damnis, et molestijs, quin pocius amicis mutuo simus utrinque amici, et vicissim inimicis inimici.

Ex utraque parte Oratoribus, Nuncijs, Factoribus, sive alijs quibusvis hominibus, liberum sit sine ullo ~~modo~~ impedimento ire, et redire in quemcunque locum voluerint, neque illis aut illorum bonis, vel rebus damnum

damnum seu periculum dabitur ullum.

A Legatione Dni Bencziński, quicunq; subditi Ser[mi] Regis Poloniae ante Privilegiorum confirmationem capti sunt, permissum est eos a suis dnis concordato precio redimere ac in patriam abducere (modo Musulmani non sint facti) absq; ullius condicione vel impedimento. Si vero post confirmata Privilegia quiscunq; captus fuerit, ex utraq; parte sine ullo pracio libere, et secure dimittetur.

Utriusq; partis mercatores cum suis merimonijs mari vel terra, in utraq; parte transeuntes, ubi de more Thelonea debita solverint, cum omnibus bonis tuti sint.

Item si aliquis Mercator ex utraq; parte moriatur in nris vel vris partibus, sua merces non occupabuntur, immo servabuntur secure, donec a suo Dno homines veraces cum lris mittentur, ad exposcendas dictas merces et alia bona quae quidem omnia haeredibus defuncti resolventur nulla excusatione valida.

Sendriacis, Silistriensi et Belgradiensi seria mandata dabimus ne propter Mercatores Fluvium Nester quemq; transgredi patiantur.

Vectigalium quoq; Praefectis ac caeteris officialibus, qui transitus custodiunt, Mandatum est, ne quemq; praeter nros Ulacos, et Nuncios, ac utriusq; partis Mercatores transire sinant, imo ut captivi apud quemcunq; vel huc euntem, vel eo transeuntem reperti adimantur, et libere domum dimittantur.

Pastores Pastores ubi in Jurisdictionem Regiam ad pascendum transigerint, nulla se ratione occultent, sed pecudes loci Regii Praefecto indicent, numerumq; eorundem recenseant, ac solvat decimam, prout

prout

121

prout consuetudo fert et postulat. Quo facto si aliquod damnum passi fuerint, illud eisidem Praefecti sarcire tenebuntur.

Mercatores Poloniae, et qui tempore pacis per Posta portant lras, et tempore belli Janczari, vel quivis milites nri adimere equos nequaquam debent.

Si post data haec Privilegia in Regno Poloniae alicui ex nris damnum aut iniuria inferatur, Ser[mus] Rex tales inquirere, et castigare curet, ac sine ulla excusatione pro damnis illatis satisfacere. Si vero deinceps debitor quispiam in Regnum Poloniae perveniret, ubicunq; a creditore inventus fuerit, eius loci gubernator, discusso pro aequitate negocio satisfieri creditori curabit, sed pro debito vel culpa aliena, ne innocens solvere, seu quicq; pati cogatur, quod idem similiter ex parte nra observabitur. In summa Albanorum nros constitutam amicitiam constanter firmiterq; observare volumus, ita quod nullo modo quicq; his contrarium evenire possit. Illata vero ex utraq; parte damna considerari diligenter, et compensari mutuo debent.


Damna hactenus mutuo illata Commissarij fideles concordare utrinq; debent, quod si ob difficultatem res profici non possit, ex utraq; parte oblivioni tradantur, neq; unq; ulla amplius eorum mentio fiat.

Item. Ubi ex parte Ser[mi] Regis Poloniae antiqua consuetudine constituta, munera Principi Tartarorum data fuerint. Tum ex parte dicti Principis filiorum ipsius Nuclianum ulanorum, ac totius familiae, et exercitus ipsius Ser[mo] Praefato Regi, Regnoq; vel Dominijs ipsius quibusvis, nulla damna inferentur, neq; Privilegio huic quicq; contrarium fiat. Si tamen ex parte Tartarorum

aliqua

aliqua damna inferantur, ea omnia mandato nr̃o mediante cō-
pensabuntur, et malefactores castigabuntur.
Si ex Moldauiæ Palatinatu aliqua damna Regno Poloniæ illa-
ta fuerint, mandato nr̃o restaurari curabuntur. Similiter si ex
Regno, Tartaris aut Moldauis aliqua damna inferantur casti-
gatis reis damna passis sarciantur.
Si aliqui proditores seu malefactores ex BaSclani Valachia in
Regnum Poloniæ perfugerint, cōmisso quopiam nefario scelere
requisiti debent omnino restitui. Quandoquidem hactenus
homines Regij inuentis hic captiuis nationis suæ, eosq; redimere
cupientes, à possessoribus iniusto ꝑcio sint exagitati. Ideò constitutũ
deinceps sit, vt Dn̄s captiui Juramento quum ipse dederit affir-
met, et idem ꝑcium à repetente recipiet. Captiui qui Turcæ sunt
facti sint omnino liberi, Christiani verò liberi ac tuti in patriam
suam absq; vllo impedimento dimittantur. Similiter vbi in Re-
gno fuerint Turcæ, eosdem securè abire, ac tutos esse postulamus.
Durante hac amicitia Oratores, Nuncij, Tabellarij, à nemine
Vel eundo vel redeundo impediantur, sed potius in confinijs
dentur illis in Comitatum securitatis gratia viri probi, et fideles,
idq; ex vtraq; parte præstetur. Mercatores solutis debitis The-
loneis pristino more tuti sint. Si vero alicui subdito nr̃o aliqua bona, aut
res ab hominibus Regijs detenta fuerint, vel peccunia debita, postq;
iusticiam petierit, tunc sine vlla mora restituantur omnia. Latrones
et fures scelerati quiq; à Præfectis locorum ob maleficia morte puni-
antur, resq; ~~ab illo~~ per illos ablatæ possessoribus restituantur.
Etiam si

Etiam si autem Mercatores, vel alij quiq; de mercimonijs, aut rebus
inter se concordarint, donec in librum Judicis id non fuerit inscript
et si ab eodem Judice testimonium per literas non dabitur, neq; ac-
derit, talis quarella nullo in loco habeatur, imò pro falsa existimetur
similiter Præfecti Regij donec rem certam non resciuerint, falsis hu-
iusmodi testimonijs fidem ne præstent.
Vt autem hæ præfatæ condiciones foederis, et pacis, ac amicitiæ
nr̃æ mutuæ, sint firmiores pro nobis, ac subditis nr̃is. Juro per
Creatorem cœli et terræ Deum Omnipotentem, et Sanctissimum
Prophetam nr̃um, ac omnes cæteros Sanctos Prophetas, nihil his
Articulis contrarium ex parte nr̃a euenturum, quamdiu vixerimus
et donec ex parte Ser^mi Regis foederi nihil contrarium, ac à nr̃a
amicitia alienum continget.
Quapropter ab altitudine Portæ nr̃æ Monarchiæ, datis hisce
Priuilegijs, ac signo nr̃o insignitis fides præstetur, præfataq; omnia
ex vtraq; parte vniuersi vnanimiter, et firmiter obseruare, ac ami-
citiam nr̃am honorare teneantur.
Datum in Sede nr̃a Imperiali Constantinopoli Anno S. Prophetæ
nr̃i 976 in Mense Muharemi 26 die Idest Anno Christi
1568 In Mense Julio Die 23.



Fœdus Turcicum per Magnificum Dominum Georgium Jaslowiecski allatum.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ etc. etc.

Significamus præsentibus literis n[ost]ris, quorum interest vniuersis et
singulis. Quod cum Ser.mis Prædecessorib[us] n[ost]ris Regib[us] Poloniæ, tum
potentissimis D[omi]nis Turcarum Cæsaribus vetusta fœdera multis ab annis
intercessissent, quæ ab vtrisq[ue] sancte, et inviolabiliter semp[er] culta, et
obseruata sunt. Diuus quoq[ue] Parens n[oste]r Ser.mus Princeps. D[omi]nus
Sigismundus Rex Poloniæ, cum Potentissimo Principe, et D[omi]no Sul:
thano Solimano Sac. Cesare Turcarum pactam semel amicitiam et fœ:
dera ad extrema vsq[ue] vitæ suæ tempora sanctissime seruauerit. Cuius
exempla nos imitati, vt primum post mortem eius Regni huius n[ost]ri
gubernacula acceperamus. Miseramus Oratorem n[ost]rum Mag.cum
Stanislaum Comitem in Tencżyn Castellanum Leopolien[sem], et Lu:
blinen[sem], ac Belzen[sem] Capitaneum, vt vetusta fœdera cum Ser.te illius
nomine n[ost]ro renouaret, atq[ue] amicitiam inter nos, et illius Ser.tem con:
firmaret. Et cum potentissimus Princeps D[omi]nus Sulthan Solimanus
Cæsar Turcarum eam ipsam amicitiam, et fœdera nobiscum inno:
uasset, et confirmasset, literisq[ue] suis nobis datis hoc ipsum testatus esset.
Nosq[ue] vicissim idipsum literis n[ost]ris firmassemus, atq[ue] amicitiam
pacem concordiam, et bonam vicinitatem cum illius Ser.te
ad vitæ n[ost]ræ extrema tempora iniissemus, quam sanctam, et fir:
mam quoad vixerimus conseruaturi sumus. Cum aut[em] illius
Ser.tas

Ser.tas superstes adhuc existens, Successorem sibi in Imperio Tur:
cico Ser.mum D. Solthan Solimum filium suum vnicum designasset.
Nos vt primum ea de re certiores facti sumus, misimus ad illius Ser.tem
Oratorem n[ost]rum Mag.cum Georgium Jaslowiecski Castellanum Camenecen[sem]
et Capitaneum n[ost]rum Czerwonogroden[sem], qui sua Ser.ti tam sublimem
euectionem n[ost]ro nomine gratularetur, atq[ue] fœdera, et pacta vetusta,
quæ nobis cum illius paterna Ser.te intercedunt renouaret, amicitiamq[ue]
pacem, et concordiam, et bonam vicinitatem inter Regna, et D[omi]nia
n[ost]ra, et illius Ser.tem eiusq[ue] Regna, et Dominia ad vitæ vtriusq[ue] n[ost]rum ex:
trema tempora firmaret, atq[ue] stabiliret.
Quod ~~si~~ cum illius Ser.tas libenter ex parte sua sit amplexa, atq[ue] fœdus,
pacem, et amicitiam, bonamq[ue] vicinitatem nobiscum iniissent, ac id l[ite]ris
suis nobis per eundem Oratorem n[ost]rum missis firmasset. Nos vicissim
illius quam Ser.tis erga nos tam amicam, et beneuolum animu[m] habentes,
cum illius Ser.te vetusta, pacta, et fœdera libenter renouamus, ac pacem,
amicitiam, concordiam, et bonam vicinitatem inter nos, Regna, et Do:
minia vtriusq[ue] n[ost]rum firmamus, et stabilimus, promittentes, et spon:
dentes præsentib[us] l[ite]ris n[ost]ris, quod a prima die Mensis Maij. Anni præsenti.
Millesimi, Quingentesimi, Sexagesimi, Quarti, ad finem vsq[ue] vitæ
nostræ, et Potentissimi D[omi]ni Cæsaris Turcarum Solthan Solimi fœdus,
et amicitiam firmiter cum Ser.te illius obseruaturi, neq[ue] vllum damnum
aut detrimentum Cesaris, ~~Imperatorib[us]~~ Ciuitatib[us], villis dicionibus
Ser.tis illius illaturi sumus. Subditis nostris quoq[ue] cuiuscunq[ue] gradus
et condicionis existant mandaturi. Ne quod detrimentum, vel in:
commodum dicionib[us] Ser.tis illius inferant. Quemadmodum
neq[ue]

neq; Ser^tas illius, subditiq; Ser^tis eius, Terris, Castris, Ciuitatibus, oppidis et vllis dicionis nostrae nullum incommodum aut damnum inferent.

Oratores, Nuncij et Seruitores nostri liberum transitum, accessum, et recessum ad Ser^tem illius, nullis literis liberi transitus ad id requisitis habere debent, personis et rebus eorum saluis, Conductores boni et ~~fideles~~ fideles in finibus eis dari debent.

Eodem vero pacto nos et subditi nostri erga Ser^tis illius Oratores nuncios, et seruitores gerere, et conseruare nos debebimus et tenebimur. Quod si aliqui ex dominiis nostris captiui in dicionibus Ser^tis illius reperti fuerint, qui a christiana religione non defecerint liberum nostris hominibus erit, ab ijs, qui eos emerunt, ipsos ab eorum dominis redimere eodem quo empti precio.

Et si de precio differentia aliqua certa fuerit, quod maius sit precium quam per eos emerint eorum domini habere vellent.

Emptores pro iuramento fidei precium emptorum comprobare debebunt, quo accepto subditos nostros libere manumittere erunt astricti.

Quicunq; vero a subditis nostris a die inchoatorum vsq; ad tempus terminandorum foederum capti, et in diciones Ser^tis illius abducti fuerint ij absq; omni precio libere dimitti debebuntur.

Similiter vero quicunq; Ser^tis illius subditi capti, et in diciones nostras abducti fuerint, ij libere absq; omni precio dimitti debebuntur.

Mercatoribus vtriusq; nostrum liber hinc inde tam terra, quam mari transitus in terris et dicionibus vtriusq; nostrum, per Ciuitates oppida, et loca omnia, Theloneo pro more soluto, esse debet, personis, et rebus eorum omnibus saluis. Quod si vero aliquem Mercatorem nostrum in dicionibus Ser^tis illius contigerit mori, eius res, et merces

merces omnes integre adseruari debent, vt cum per hominem nostrum literas nostras habentem repetitae fuerint tradi illi debebunt. Ita idemq; nos et subditi nostri erga mercatores Ser^tis illius gerere nos tenebimur. Damna vero quaecunq; subditis Potentissimi Principis Caesaris Turcarum per subditos nostros illata fuerint, nos illos qui illa intulerint punire, et damna resarcire tenebimur. Eodem vero pacto nobis et hominibus nostris a Ser^tis illius et eius subditis damna illata sarcire debebuntur.

Pignorationes vero nullae vtrinq; in Mercatores et subditos communes esse debent. Vt vero occasiones omnes Dominiorum, et iniuriarum amoueantur. Ita inter nos, et illius Ser^tem constitutum est quod subditi et mercatores tam nostri, quam Ser^tis illius non prius alteri alteri cedere, aut merces aliquas dare debebit, quam apud officium, seu Judicium aliquod de summa credita cautionem, et inscriptionem debitor creditori fecerit, vt et pax et amicitia firma inter nos et Ser^tem illius constituatur, eiusq; rescindendae, aut labefactandae nulla prorsus occasio maneat, cum hactenus Commissarij vtriusq; nostrum ad iniurias vtrinq; illatas componendi, et sarciendi conuenire non potuerint, Ser^tas illius Caesarea damna omnia subditis ~~nostris~~ eius per subditos nostros ad diem vsq; Constitutionis praesentium foederum illata nobis condonauit, et remisit. Nos etiam similiter damna omnia nobis et subditis nostris per subditos Ser^tis illius illata Ser^ti suae Caesareae remittimus, et condonamus, neq; vtrinq; amplius repetere illa debebimus aut poterimus.

Cesar Perecopiensis durante hoc foedere nulla damna, ditionibus

nibus nostris inferre debebit. Nos vero stipendium solitum, vt nobis con hostes nros assistat dare illi debebimus. Quod si ipse aut subditi illius, nobis, subditis et dicionibus nris damna, et iniurias aliquas intulerint, id totum ex Mandato Sertas sua Cesarea sarcire tenebitur.

Similiter Palatinus Valachiæ, et subditi ipsius nulla damna nobis subditis et dicionibus nris inferre debebit, et si quæ intulerint ex Mandato Sertis suæ Cesareæ in instanti sarcire illa tenebitur.

Ex parte vicissim nra, si quod damnum ab hominibus nris Tartarorumque Prekopen Cesari et Palatino Valachiæ, aut hominibus et dicionibus illorum illatum fuerit, id totum cum nos requisiti fuerimus, nulla interposita mora sarcire illis mandabimus.

Malefaci hominibus ex Valachia profugis, damna et incursiones in Terras Moldaviæ facientibus, receptum in Regno et Dnijs nostris non dabimus, et si qui eiusmodi in Regno nro reperti fuerint, eos ad Sertis suæ requisitionem in dicionibus nris non retinebimus.

Similiter etiam Sertas illius Cesarea profugis hominibus ex Regno, et Dnijs nris in Dicionibus suis receptum dare non debet, et eos qui tales reperti fuerint ad requisitionem nram retinere in Dicionibus suis non debebit.

Fures et latrones cum alicui ex subditis nris res et merces furtim aut vi in Dicionibus Sertis suæ Cesareæ abstulerint, per officium aut Iudicium vicinum invenire, et morte puniri debebunt.

Res vero ablatæ huic cui ablatæ fuerint integrè tradi debent.

Idem etiam nos Sertis suæ subditis in Regno, et Dnijs praestare

cupimus.

Bialogrodeni

Bialogrodeni et Silistrieni, Sendziackij neminem per fluvium Tiram seu Nestrum, Danubium, et Boristenem in diciones nras transire permittere debent. Solummodo Oratores nuncios, et mercatores, Teloneatores, et Portuum custodes Sertis suæ Cesareæ.

Diligenter itidem custodire debent, ne quis ex subditis nris in Sertis ipsius diciones, et Dnijs nris praeter Oratores, nuncios et Mercatores ingrediatur.

Quoscunque vero captivos ex Regno et Dnijs nris in Sertis illius Cesareæ diciones abduci, per quempiam contigerit, ij erepti, et liberè dimitti per Sertis suæ Portuum custodes debent.

Item. Pastores gregum, qui Ctabani vocantur greges et armẽta ultra fluvios Niestr, et Boristenem in parte seu fundo nro pascere non debent, nisi prius apud Magcum Nicolaum de Sieniava Palatinum Russiæ, aut Notarios eius gregum suorum professione facta, et tributo à pascuis persoluto.

Cum vero professionem apud nros fecerint, et pascua cõduxerint Capitanei nri eos à damnis et iniurijs vindicare debent.

Equi subditis et mercatoribus nris per subditos Sertis illius Cesareæ in Podvodas, tum etiam per Ianczaros belli tempore eripi nõ debẽt.

Vt autem maior et firmior amicitia inter nos et Sertem illius Cesaream constituatur, stabiliaturque, Sertas sua Cesarea amicum se amicis nris omnibus, inimicum vero inimicis professa est. Nos quoque similiter amicum Sertis suæ amicis, inimicis vero inimicum fore profitemur.

Quæ quidem omnia in literis hisce expressa Sertas illius Cesarea plenè, integrè, inviolateque tenere, sanctèque servare, et custodire

ad

ad vitae suae extrema tempora verbo suo promisit, et Juramento Deo omnipotenti, et Prophetae suo Machometho, caeterisq. Prophetis praestito confirmauit.
Nos etiam similiter ea omnia in literis hisce expressa plenè integrè sancteq. seruare ad extrema vitae suae tempora spondemus pollicemur, et Jureiurando Per nomen Dei omnipotentis cōfirmamus, dummodo ex parte Ser.tis suae Caesareae occasio aliqua impediendi huiusce foederis non detur. Quam nos nullam Deo Duce daturi sumus, et certo pollicemur. In cuius rei fidem et testimonium Sigillum nrum praesentib. appendi iussimus. Datum in Ciuitate nra Petricouien. in Comitijs Regni nri Generalib. 30 Aprilis. Anno Domini: Millesimo Quingentesimo, Sexagesimo Quinto, Regni vero nostri Trigesimo Sexto.

Exemplum Pactorum Turcarum Imperatoris, quae ipse iuramento suo confirmaturum se recepit, si gens Polona Caesarē aut Moscorum Ducem in Regem Poloniae non elegerit.

Per Generosum Dominū Andream Tharanowski die 29 Decembris. Anno Dnj. 1574 allatum.

I. Regno Poloniae, et Magno Ducatui Lithuaniae, ac caeteris Ducatibus regiomburgi eisdem pertinentibus amicum verum et syncerū nos semper futurum profitemur. Et Regiae M.ti Poloniae quicūq. Praedestinatione Diuina, et communi omnium ordinum Regni cōsensu, ac libera electione principatibus Regni Poloniae praefuerit. Inimicis Regni Poloniae, ac caeterorum Principatuū eidem cōpetentium inimicum nos futurum obtestamur. Nec cuiquam Regnum Poloniae vel Magnum Ducatum Lithuaniae violenter occupaturo, vel eisdem Regionibus quocunq. modo nocituro subsidia feremus. Quod si mors importuna Regiam autem Poloniae oppresserit, tū nos eadem amicitia firma et stabili semel cum Regno Poloniae, et Magno Ducatu Lithuaniae concepta uti volumus, perinde uti in pristina Regiae M.tis, ita tempore interregni Senatui Reipub. praecedente, et Jura ac condiciones foederis nostri strenuè adimplere exacteq. et efficaciter perpetuò exequi studebimus.

2. In Campestribus desertis inter Boristenem alias Dniestr

et Tyram

et Hiram sive Nestrum, Hippanimq; vulgo Bob fluviis iacentibus nec Caesarea Mtas nec Regia nullis in locis castra vel municiones quascunq; erigere faciant, donec divisio et delimitatio Campestrium praefatorum per certos Commissarios utrinq; destinatos efficiatur. Opiliones quoq; greges armentaq; suium in eisdem campestribus pascere prohibeantur, nisi prius officio Castrensi sive Civili ea loca Regenti profiteantur, et pascua persolvant.

3. Ex parte Palatini Valachiae et subditorum suorum damna Regno Poloniae ne inferantur, quod si quocunq; praeiudicio Regnicolae ex parte sua afficerentur, Palatinus ipse et sui officiarij vulgo Borkolabi dicti iusticiam efficacem sine aliqua dilatione exequi tenebitur. Et e contra si aliquo damno Palatinus Valachiae vel sui subditi ex parte Regni afficerentur, iustitiae locum certum habebit apud Magn.cum D. Palatinum Russiae vel Campiductorem Regni aut apud illum cui id officij Respub. Regni sive Regia Mtas demandaverit.

Vadum sive transitum liberum per Nestrum sive Hiram apud Chocimum vicem Regno Poloniae respectu communium limitum et medietatem proventuum ex Rippa Regno adiacenti concedemus.

Palatino Valachiae imperamq; ne per suas diciones quemcunq; hostium ad Regnum Poloniae infestandum transire permittat et redire volentibus vadum prohibeat, nec minimam causam inimicitiae Regno Poloniae praebere audeat. Limites antiquos stricte teneat, et observet, ultra limites vero quicq; desideret

tam praesens Palatinus, quam caeteri eadem in sede sibi successuri.

4. Capitanei sive Sendziacij finitimi per Danubium et Nestrum neminem hostium transire euntem et redeuntem sinant. Exceptis mercatoribus aulicis oratoribus, hominibus pacificis. Quod si ab aliquo mancipium duceretur apud portam inspiciatur, et libere dimittatur quod Theloneorum Praefecti observare et diligenter exequi tenentur.

5. Confinibus et Arcis sive Civitatibus Regiae Mtis Poloniae tam Regni quam Magni Ducatus Lithuaniae, ne aliqua damna inferantur, a quibusvis subditis Imperatoriae Mtis Turcorum, et omni tempore, donec hoc foedus sctum utrinq; inviolabiliter duraverit, Imperatoria Mtas prohibere debet Tartaris Krimscensibus, Praekopensibus, Nahaicensibus, Oczakoviensibus, Bialogrodensibus, Thehinensibus et Silistriensibus ne aliqua damna Regno Poloniae, Magnoq; Ducatui Lithuaniae et eorum provincijs inferre audeant.

Similiter Capitaneis Ungariae interdicat sua Mtas ne Regno Poloniae, praesertim Provinciae Sepusiensi confini Transilvaniae ab eis aliqua praeiudicia exercerentur.

6. Legati, Oratores et Nuncij absq; litteris liberi passus liberum adventum, et reditum habeant tam ex parte Regiae Mtis Poloniae, quam ordinum Regni et Magni Ducatus Lithuaniae secundum necessitatem ad portam Caesaream Mtis, et ad Capitaneos finitimos competentem et ductoribus itineris sine promissoribus necessarijs a primo finium ingressu providere debent. Neue in itinere aut porta Caesarea Celsitudinis

et Regiae

et Regiae Maiestatis ultra Mensem retineantur, ~~sit~~ nisi pro equorum confortatione.

7. Mancipia, servitia incircumcisa libere ad redimendum manumittantur, venditore pro valore expensae peccuniae iuramentum praestante. Quod si tempus servicii iusti expleverit, et libertatem acquisiverit cum literis domini sui, testimonium de eius libertate perhibentibus libere ad patriam redeant. Similiter de illis intelligendum, qui casu propicio, sive Imperatoriae Maiestatis gratia, vel dominorum suorum mortuorum manumissione liberi fuerint.

8. Si quis tam ex parte Caesareae Maiestatis, quam Regiae damno afficeretur ut pote mercatores, vel caeteri viatores, Malefactor per officiales illius loci inquisitus et captus capite plectatur, vel secundum meritum poena iuste puniatur. Damna vero ex bonis malefactoris, si aliquid eorum relictum fuerit, restituantur.

9. Mercatoribus liber transitus terra et mari concedatur, theloneo persoluto, sed consuetis, et antiquitus observatis itineribus ac publicis viis, theloneo de loco in locum non transposito. Per campestria quoque deserta superius nominata, mercatores cum mercimoniis transire non audeant, quod si aliquis ibi damnum acceperit contradicere nolumus.
Si aliquis Mercatorum morte praeventus fuerit, bona relicta non sint accipienda, sed secundum literas Regiae Maiestatis, vel Senatus Regni, cui convenient tradenda, similiter de omnibus quibuscunque conditionis subditis intelligendum tam ex parte Imperatoriae, quam Regiae Maiestatis.

Si

Si unus alterius debitor non fuerit, pro debito alterius debitoris non teneatur, nec intercipiatur.
Nemo alicui quicquam ad fidem vendere praesumat, priusque si in Turcicis Dicionibus apud Kadeium, et si in Regno Poloniae apud officium Castrense sive Civile inscribat, et protestatur.

Andreae Cricii Episcopi Plocen. ORATIO

Habita Cracoviae in postulato ad regnum Sigismundo Secundo Rege Poloniae electo Die octava Januarij Die S. Trium Regum 1530

Quod ab immortali Deo Serenissime Princeps, Antistites, Principes, Proceres ac universi huius Regni et dominiorum populi summis votis expetebant, primum ut [illegible] divus [illegible] parentibus tantoque fastigio et principes nascereris: deinde ut te ad solium Regni provectum videremus: id nunc in [illegible] clarissimi Patris tui aetate, monentibusque his depravatissimis temporibus, factum esse summo studio [illegible] solatio suo [illegible] tibi [illegible] nunciant, et significant te unde in hoc generali Conventu [illegible] quidem [illegible] minori omnium ordinum fide et [illegible] Regem electum et declaratum [illegible] tibi diadematis Dominicum proxime [illegible] constitutum. Optimus enim sapientissimus parens tuus [illegible] universis considerantes quam [illegible] humana cupiditas et ambitio miscuerit et perturbent omnia quam [illegible] cum tuta fides. [illegible] tibi [illegible] Regni [illegible] prospiciendum et malis imminentibus occurrendum [illegible] fragilis [illegible] temporibus his quae turbulentissima sunt [illegible]. Te in inde universi [illegible], te principem et Regem suum, omni qua possunt veneratione, [illegible] salutant, te ad solium [illegible] quod felix faustumque sit, invitare et postulare: tibi [illegible] et legitimo domino suo [illegible] et alacri animo dedere [illegible] nil dubitamus quin ut Regno paterno feliciter successisti, ita etiam eius virtutibus, ac rebus [illegible] toto orbe clarissimis, non minori felicitate sis successurus: [illegible] quidem omine, ut sicut hodierna die [illegible] Reges [illegible] illi [illegible] muneribus salutarunt, ita nos cum his [illegible] Regno et dominiis amplissimis quae tibi nomine totius [illegible] offerimus [illegible] salutemus, qui dominaturus sis a mari ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, in cuius diebus [illegible] iustitia et abundantia pacis donec [illegible] luna. Quod quibus [illegible] quibus [illegible] spe omnis [illegible] adhuc per aetatem tuam [illegible] intelligere [illegible] non [illegible] adeam, [illegible] in [illegible] complexu materno [illegible] mihi est [illegible]: In te inclita Regina, in te [illegible] omnis filij tui dulcissimi cura [illegible], in te [illegible] omniumque oculi ad qualem hic frugem evadat, sunt intenti, qui [illegible] bonus esse potest nisi bono publico, nec malus [illegible] nisi malo omnium communi. De natura quidem nemo est qui non optime iudicet [illegible] potest, arbor bona nisi

fructus bonos edere, ita persuasum habemus bonum Regem et bonam Reginam non posse nisi bonum Regem producere. Sed quia [illegible] altera [illegible] perhibetur et ut dixit ille: quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diu. Ideo nunc praecipue uti moribus optimo Rege dignis assuescat, [illegible] est meditandum. Neque ut ad eam rem aliunde exemplum petatur necesse est. Habet enim boni [illegible] Archetypon patrem [illegible] Regem [illegible] matrem [illegible] ex quibus [illegible] iustitiam temperantiam clementiam fortitudinem aliasque Regias dotes et virtutes discere potest [illegible] habet [illegible] Item [illegible] celeberrimam, quae [illegible] et [illegible] tanquam ad speculum mores et vitam suam componat. Regi [illegible] quam talibus parentibus [illegible] naturalis, qui [illegible] oculis [illegible] et tenebras offundere solet obstat. In de tali [illegible] tantoque principe, ex cuius educatione [illegible] publica utilitas dependet, non solum opus videtur esse [illegible] eruditum [illegible] sed [illegible] familiarium rectacon[illegible], qui vel in [illegible] et colloquijs [illegible] nihil [illegible] et [illegible] mores bonos colloquia prava. [illegible] Clarissimus Rex [illegible] pariter ut [illegible] ita [illegible] Regi [illegible] filios suos [illegible] ut [illegible] proba [illegible] qui [illegible] qui [illegible] illius [illegible] et ingenio nobilissimo [illegible] qui [illegible] ad [illegible] Regis et [illegible] aulis [illegible] studijs [illegible] et ille [illegible] et hoc [illegible] quam videmus [illegible] ad [illegible] universam [illegible] non [illegible] exemplo [illegible] plura [illegible] et [illegible] universis [illegible] clarissima [illegible] fidem et amorem [illegible] simul et sollicitudinem suam [illegible] statu [illegible] qui [illegible] bono [illegible] declarare hac [illegible] quam [illegible] cura et prudentia tua [illegible] dubitant. [illegible] enim [illegible] basim et fundamentum [illegible] educationis filij tui [illegible] illum ad religionem et timorem Dei [illegible] infectis. Initium enim sapientiae timor Domini [illegible] sapientiam [illegible] Reges regnant et potentes [illegible] iustitiam. Et [illegible] Sanctissimus Rex David filios suos [illegible] verbo [illegible] et docens. [illegible] filij audite me timorem Domini docebo vos: quod et nunc [illegible] Reg[illegible]

et rectoris pertinent intelligis, audi quid alibi [illegible] hinc [illegible] pollicetur. Beatus [illegible] qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Gloria et divitiae in domo eius, et iustitia eius manet in saeculum saeculi. Timor enim Domini odit malum, arrogantiam et superbiam, et [illegible] viam pravam detestatur, inquit sapiens. Quantum vero hac dote floren[tes] fuerunt maiores Serenitatis vestrae filii tui, [illegible] potius est quam ut referri possit [illegible]. Testabitur [illegible] Vladislaus senior Rex [illegible] qui [illegible] eucharistiam [illegible] secularem [illegible] contractam [illegible] dignitatem [illegible] haec verba. Haec sunt [illegible] hoc potestas mea, quod secularibus [illegible] tuis domine. Nec ullo pacto induci potuit, ut pugna illa Prutenica memorabili, ut [illegible] hostibus [illegible] fratre Vitoldo, etiam cum [illegible] exercitu [illegible] religionis [illegible] Neminem [illegible] patruum filii tui [illegible] clarissimi monumenta sanctissime [illegible] quam recte a [illegible] ad religionem et cultum Dei instituti fuerunt [illegible] observabant. Et proinde factis immortalibus [illegible] orbem repleverunt. [illegible] apud [illegible] et gentiles [illegible] successere [illegible] sequentibus [illegible] sapientissima [illegible] hoc [illegible] tempore videamus [illegible] esse [illegible] quibus illis, ad quos maxime [illegible] omnium virtutum fonte [illegible] nostra [illegible] et [illegible] tendant [illegible] qui [illegible] quod non alii [illegible] et [illegible] debemus. Quare [illegible] Serenissime Princeps Senatus [illegible] universi [illegible] et obtestantur: ut ad hoc maiorum exemplum et [illegible] quam dixi et quam [illegible] praestare [illegible] hoc pignus tuum pretiosissimum educari [illegible] fundamentis reliquas dotes et virtutes Regias [illegible] denique spem et expectationem nostram de te con[ceptam] [illegible] ad decus et consolationem [illegible] conservare.

Suscipias Domine patrocinium nostri, Iurium, Privilegiorum et libertatum nostrarum apud Filium, illumque ut nobis more maiorum [illegible] instruendum cures [illegible], ut amorem [illegible] quod maximum est Dei donum, et praecipuum regum praesidium [illegible] sed ad eum [illegible] studium suum [illegible] Violenta enim imperia [illegible] inquit Seneca [illegible] et quem [illegible] multos [illegible] timeat [illegible] Haec curanti [illegible] benedicet Dominus ex Sion, ut videas bona filii tui omnibus diebus vitae tuae et videas filios filiorum tuorum [illegible] tibi.

Sigismundus Primus Rex Poloniae Ioanni Regi Hungariae Dalmatiae Croatiae

Serenissimo Domino Principi, Domino Ioanni, Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae Regi fratri, affini et amico charissimo ac honorandissimo Sigismundus eadem gratia salutem et omnis felicitatis perpetuum incrementum. Serenissime Princeps et Domine frater, affinis et amice charissime ac honorandissime. Agentibus nobis his diebus Conventum Regni nostri generalem, partim de domesticis nostris negotiis, partim etiam de impendentibus Reipub. Christianae periculis, Consiliarii et Regni colae nostri, considerantes aetatem ingravescentem, et horum temporum motus et malignitatem, volentesque turbas aut seditiones omnimodas, quae vacantibus Regnis contingere solent praevenire, nos impense rogarunt, ut filium nostrum charissimum paulo ante ad solium Magni Ducatus Lithuaniae sublimatum, etiam in Regem permitteremus eligi, ac in tempore statui illius et ipsorum tranquillitati provideremus. Quorum fidelissimis consiliis, cum annuissemus, confestim universi miro quodam et unanimi consensu elegerunt in regem ipsum filium nostrum charissimum et [illegible] coronandus eius hic Cracoviae quem Deus [illegible] dignetur Dominicam Sexagesimae proxime designarunt, quod ulteriora tempora suspecta esse incipiant, non solum de Tartaris contermis nostris hostibus: sed etiam de pestilentia et aliis incommodis, quae et praedicuntur a fatidicis et iam pullulare ac invalescere videntur. Quam consolationem nostram et ipsius Serenissimi filii nostri provectionem vestrae Maiestati cuius erga nos singularem benevolentiam exploratam habemus, significandam et declarandam esse duximus nihil dubitantes futurum illi hoc gaudium nobiscum commune.

Rogamusque illam plurimum, ut si fieri possit adesse non dedignetur [illegible] ad [illegible] hunc ipsius [illegible] ionis diem tum ad favorem suum erga

nos omnibus declarandum quem illi curabimus uicissim unà cum Ser^mo filio nostro, omnibus officijs & observantia fraterna semper refferre, Faelicissime Valeat et nos diligat. Datum Cracouiæ die Conuersionis Sancti Pauli Apostoli Anno 1530 Regni nostri anno 24.

Exceptio Regis Sigismundi primi in Eccla Cathedrali Cracouien. per Tomicium Episcopum Crac. In aduentu Regis Crac. post Conuentu Petric. & post reditum ex Lithuania.

Mos erat antecessorum meorum, et huius Ecclæ meæ Ser^me Rex, uenientes Reges suos, publica semper gratulatione excipere et salutare.

Quod officium cui unquam præstari debuit dignius & officiosius quà debet S. Mti uræ: tam pio et clementi patrono: tamque omni laudum genere in toto orbe celebrato principi:

Aut a quoram id magis fieri conuenit quam a me: summa à Mte urà beneficentia, summisque honoribus euecto et cumulato?

Denique quando alacrius a nobis omnibus hæc gratulatio geri debeat quam nunc: cum ut Deum immortalem assiduis precibus & uotis precabamur, ita Mtem urám confectam tot itineribus. superata aduersa ualetudine prouecto ad solium Regni et Dominiorum suorum Charissimo suo filio, et hoc modo, inter has rerum humanarum undas illo et nobis omnibus in tutissimo portu collocatis reducem et incolumem uideamus?

Gratulor itaque Ser^me Rex quanta languens possum alacritate et lætitia, una cum uniuerso clero meo, hunc fœlicem reditum sacræ Mtis uræ, gratulor charissimi filij eius prouectionem, gratulor preces nostras ab opt. Deo exauditas, gratulor denique Rempub. et nram omnium salutem in eo uado tutissimo quem speramus constitutam.

Supplico humiliter S. M. uræ ut quod hactenus fecit me et Ecclam meam, sua Regia gratia et benificentia complecti non desinat filioque suo Ser^mo ut idem faciat insinuet et commendet

Ego uero uicissim, quod hactenus cum toto cœtu Ecclicorum meorum consueui, et pro optima ualetudine S. Mtis uræ et ut filium suum Charissimum diutissime secum regnantem, uincentem, & imperium suum propagantem, una nobiscum conspiciat precari dilligentissime curabo.

Coronatio Serenissimi Sigismundi Augusti Regis Poloniæ

Sigismundus Augustus Rex. Sigismundi Regis et Bonæ Reginæ Poloniæ filius Anno Christi 1520 Prima Augusti natus, primum ad solium Magni Ducatus Lithuaniæ Anno 1529 die Octobris sublimatus Dehinc eodem anno die 18 Decembris Petricouiæ in Conuentu gnali in Regem Poloniæ electus. Demum Sexta Januarij in Festo Sanctorum Trium Regum a Legatis ex illo Conuentu Petricouiensi ad eum missis Cracouiæ in Arce Rex est salutatus ac ad suscipiendum Regni Diadema per te Andrea Cricio Episcopo Plocensi inuitatus. Postremo uigesima Februarij in Dominica Sexagesima anni sequentis 1530 Præsentibus Alberto Duce Prussiæ qui cum fratre Vilhelmo et uxore inuitatus uenerat in maxima Senatorum et Equestri Ordinis uirorum reliquorumque Regni ordinum frequentia per Joannem Laski Archi Episcopum Gnesnen. Petrum Thomicski Episcopum Cracouien. Regni Poloniæ Vice Cancellarium, et Andream Krzicski Epum Plocen. anno ætatis suo decimo in Eccla Cathedrali Crac. intra missam unctus et coronatus est Qua functa in thronum Regalem ad sepulchrum D. Stanislai splendide præparatum adductus & in sella Regia collocatus, atque a patre & matre Rex Poloniæ salutatus et ab uniuersis ordinibus Regni Cantatoque Te Deum laudamus ex Eccla in aulam Regiam reductus Postridie uero 21 Februarij a Rege patre, a Regina matre a Duce Prussiæ eiusque fratre comitante maxima spiritualium et sæcularium procerum caterua in forum urbis Cracouien. ubi solium Regale erectum fuerat deductus est. Amictus pro more Coronationis ornatu Ecclico diadema in capite ferens ad horam XVIII in solium illud Regale conscendit. Patre Rege ad dexteram matre ad sinistrà assidentibus, acceptoque a Regnicolis Sacramento fidei, creatisque militibus in arcem reductus est.

Conuiuia dehinc per multos dies, supplicationesque dno Deo acta.

Interea uero dum Rex recens Coronatus, in throno illo urbis residet, auis quadam niso similis, Pustulka lingua Polona nuncupata, quæ mures capit et infestat, supra thronum in alto uolitabat. quod augurium apud intelligentes homines, non satis gloriosi futuri eius imperij existimatum est.

Spirituales ei Coronationi interfuerunt.	Archiepiscopus Gnesnen. Joannes Laski, Epus Cracouien. Petrus Thomitius Epus Cuiauien. Mathias Dreuitius Epus Posnanien. Joan. Latalski Epus Plocen. Andreas Critius Epus Vaemien. Mauritius, Episcopus Præmislien. Joannes Chanski Episcopus Chelmen. Jacobus de Buchaif Episcopus Lyceuien. Kesgal Episcopus Culmen. Joannes de Zusranis

Seculares

Albertus Dux Prussiæ Marchio cum uxore
Wilhelmus Marchio frater Ducis Prussiæ
Castellanus Cracouien Christophorus Szydlouitz
Castellanus Posnanien Lucas de Gorka

Palatini

Palatinus Crac Andreas de Thenczin
Palatinus Posnanien
Palatinus Sandomirien Otto de Chodecz
Palatinus Russiæ Joannes de Tharnow
Palatinus Podoliæ
Palatinus Lancitien
Palatinus Lublinen
Palatinus Mazouiæ
Palatinus Calisien
Palatinus Rauen
Palatinus Belzen
Palatinus Pomeraniæ
Palatinus Culmen

Castellani

Sandomirien
Woinicensis
Lublinensis
Gnesnen
Lancitien
Leopolien
Ploczen
Dobrinen
Sandecen
Chelmen
Visnensis
Visegradien
Brecensis
Landensis
Medirzeczen
Sieprcensis
Biechouien
Elbingensis

Aderant etiam nuntij equestris ordinis ex omnibus terris et Palatinatibus Regni missi Aderat multa Nobilitas et ex ciuitatibus multi eorumque legati Multi præterea Patricij et iuuentus insigniarum familiarum et multæ optimatum ac procerum uxores multo gynæceo splendidoque apparatu adornatæ.

Non derogat iuri ac mori uetusto Sigismundi Secundi electio in Regem Poloniæ contra legem ac morem Regni facta.

Sigismundus etc Manifestum facimus uniuersis quia licet nos fuerit antiquus Regni nostri, ut decedentibus Regibus et Regno uacante domini consiliarij status utriusque capto mutuo inuicem consilio, Conuentum electionis generalem statuerent et illum omnibus membris et ordinibus Regni, tempori denuntiarent ut unusquisque qui uellet ad eum uenire posset
Quia tamen in eligendo Ser[eniss]imo Principe D[omi]no Sigismundo secundo Rege Poloniæ et Magno Duce Lithuaniæ, filio nostro Charissimo, mos ipse prætermissus fuit, non data opera sed quod nobis uiuen[tibus], et Regno nondum uacante. magisque diuina ordinatione quam humano consilio electio ista M[aiesta]tis suæ contigit, considerantes tantam omnium subditorum nostrorum erga nos et Ser[enissi]mam familiam nostram fidem, affectum et obseruantiam, ut hanc ipsam electionem Regni fil[ij] nostri, utcunque præter ueterum consuetudinem factam approbauerint, et gratam habuerint nolentes proinde ut per huiusmodi electionem aliquid in posterum mori antiquo derogaretur decernimus ut deinceps, quotiescunque Regem decedere et regnum uacare, aut electionem quomodocunque celebrare contigerit, domini consiliarij ordines utriusque antequam ad electionem procedant, prius iuxta ueterem consuetudinem, Conuentum electionis generalem statuant et illum uniuersis Regnicolis et dominijs in tempore declarent, ac ellectionem in eodem Conuentu iuxta ueterem consuetudinem celebrent. harum testimonio l[itte]rarum quibus sigillum nostrum est appensum Dat Crac in Conuentu g[e]n[er]ali Sabatho proximo ante Dominicam Lætare Anno Domini 1530 Regni n[ost]ri 24

Obligatio filij Regij Sigismundi Secundi Regis quod ueniens ad annos ætatis suæ legitimos iusiurandum faciet ad iura subditis seruanda.

Sigismundus etc Manifestum facimus per præsens uniuersis, quia cum omnes ordines, status utriusque tam spirituales quam seculares Regni nostri. Considerantes horum temporum motus ac malignitatem, præuenireque uolentes turbas, aut seditiones omnimodas quæ in mortibus Regis contingere solent, unanimi consensu eligerent, et coronarent in Regem huius Regni nostri nobis consentientibus Ser[enissi]mum Principem Dominum Sigismundum se-

cundum, filium nostrum Charissimum, ex spontanea sua uoluntate nobis uiuentibus,
qua fide et affectu in nos sunt testatum esse uolentes, quemadmodum et ante in multis a-
lijs magnis et arduis negotijs, ex mera in nos propensione, et libera ipsorum uoluntate gra-
ta et utilia nobis illorum obsequia cognouimus, nos uicissim pro ea obseruantia
qua nos et Serenissimam familiam nostram prosequantur, et quam abunde declararunt,
in creando Rege ipso Serenissimo filio nostro, nobis uiuentibus, ea uero conditione, ut nos
absque ullo [illegible] eiusdem Serenissimi filij nostri donec uiueremus, regno et domi-
nijs nostris frueremur, et illis dominaremur: uolentes pro talibus eorum obse-
quijs nobis utilibus et gratissimis uicissim eis prouidere, ut et ipsi in suis iu-
ribus Priuilegijs et libertatibus, consuetudinibusque approbatis absque ullo de-
trimento conseruarentur, polliciti sumus illis et praesentibus literis nostris
pollicemur, quod quandocunque ipse Serenissimus filius noster, siue nobis uiuentibus
seu uero post mortem nostram ad aetatem legitimam hoc est ad annos aetatis
suae completos peruenerit, tenebitur illis id totum praestare, quod antecessores
[illegible] nostri Reges Poloniae et nos ipsi praestitimus [illegible] ad quod eius
Illustrissimum filium successorem nostrum tenore praesentium obligamus, uidelicet
quod iurare debebit, omnia iura libertates Priuilegia, literas immunitates
Regni nostri Poloniae Ecclesiis et Seculares Ecclesijs, ipsique Regno Poloniae eiu-
demque Praelatis Baronibus, Nobilibus, Ciuibus, Incolis, et quibuslibet personis
cuiuscunque status et conditionis existentibus donatas et concessas per diuos Prae de-
cessores nostros principes Reges et quoscunque Dominos et haeredes Regni Poloniae praeser-
tim uero per diuos Casimirum antiquum, Ludouicum [illegible] [illegible] Wladi-
slaum Patruum, Magnum Casimirum Auum, Joannem Albertum, et Alexandrum fra-
tres germanos nostros Patruos uero suos Reges Poloniae et [illegible] [illegible]
iustas et legitimas, manutenere, seruare, custodire, attendere in omnibus conditionibus
[illegible] Et omnia illicite ab eodem Regno alienata et [illegible] [illegible]
suo ad proprietatem eiusdem Regni nostri aggregare, terminos etiam ipsius Regni Po-
loniae non minuere sed pro posse suo dillatare, et defendere et quamdiu hoc iuramen-
tum Maiestas sua non praestiterit et huic debito suo Regio non satisfecerit [illegible] uni-
uersi Regnicolae et subditi nostri ad tradendum illi [illegible] [illegible]
[illegible] et ad seruandum iuramentum, et ad praestandam fidelitatem et obedientiam
suam eius Maiestati non erant astricti, neque obligati. Verum quandocunque supra-
[illegible] [illegible] filius noster in aetate [illegible] existens satisfecerit, et huiusmodi iura-
mentum debitum praestiterit uniuersi Regnicolae et subditi nostri illi post mortem
nostram uti uero et legittimo Domino et Regi suo Coronato, omnem fidelitatem, obedientiam,
et obsequia secundum iuramentum a se illi facto et debitum suum praestare et exhibere tene-
buntur, harum testimonio literarum etc. Datum Crac. in Conuentione generali sabbato post [illegible] anno Domini [illegible]
1530 Regni nostri 24.

Sponsio Bonae Reginae pro filio Rege quod iura subditis suis [illegible]

Bona etc. Significamus etc. Quia cum electo et coronato in Regem Serenissimo Domino Sigismun-
do Secundo, filio nostro Charissimo per uniuersos dominos tam Spirituales quam seculares
Regni nostri Poloniae Serenissimus Princeps Dominus Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus
Dux Lithuaniae etc. Dominus et Coniunx noster clementissimus gratitudinem suam
erga ipsos ordines Regnicolarum suorum ostendere uolens [illegible] [illegible]
imminentibus periculis occurrendo spontanea et libera sua uoluntate elegerunt et
coronauerunt ipsum charissimum filium nostrum, post obitum parentis sui recipiendum,
rum literas Maiestas sua fideiussorias eisdem ordinibus et statibus Regni [illegible]
quibus et seipsam et filium, communem nostrum charissimum Maiestas sua obligauit, de prae-
stando per illum iuramento [illegible] debito, cum [illegible] [illegible] [illegible]
riter [illegible] uolentes quam grato animo susceperimus, hanc fidem et [illegible]
[illegible] [illegible] nos et Serenissimam prolem nostram, eorundem ordinum [illegible] et Regnico-
larum Regni nostri et quam ex animo cupiamus prouisum iri in futurum Priuile-
gijs et libertatibus et immunitatibus ipsorum tenore praesentium promittimus et
nos una cum Serenissimo filio nostro obligamus. [illegible] euentu decessus Serenissimi Coniugis
nostri quod omen Deus auertat, ipse Charissimus filius noster ad aetatem le-
gittimam hoc est ad annos aetatis suae quindecim completos perueniens, id totum prae-
staturus sit. Quod omnes Reges Poloniae ex debito suo Regio praestare consueue-
runt et ad quod Serenissimus eius parens se pro illo literis suis et illum una obligauit ut in
literis [illegible] est latius expressum ad quod totum obseruandum et huic debito satis-
faciendum pro debito Serenissimo filio nostro spondemus et nos eadem tenere et condi-
tionibus quibus ipse Serenissimus Coniunx noster se obstrinxit obligamus. In cuius rei [illegible]

[illegible]
Cancell. [illegible]

Pomeraniae Duces feudum suum praestabunt Sigismundo Secundo Regi cum ad aeta-
tem legitimam peruenerit

Sigismundus Rex Poloniae etc. Significamus tenore praesentium et testamur uniuersis quod
Illustris Princeps Dominus Barninus [illegible] Pomeraniae Cassubiae Vandaliae etc. Dux
Princeps Rugiae et Comes in Guczkow cum Illustri Principe Domino Philippo nepote
suo recognoscere uolentes feudum Serenissimo filio nostro prope iam duos annos in regem
Coronato qua ratione Castri et Oppidi Bitow, ac Ciuitatis Lauemborgk, Regno no-
stro Poloniae sunt deuincti miserunt hic loco suo Nobilem ac Generosum Iaco-
bum Vrbetzer Capitaneum in Lauemburgk Consiliarium et Oratorem suum

qui officio recognoscendi dicti Feudi illorum nomine faceret satis. Quæ res cum nobis hoc tempore minime adhuc necessaria uisa est, cum Sermus Filius noster nondum ali quid in Regno et Dominijs nostris retinentibus differendam eam ipam foeudali [illegible] recognitionem in illud usque tempus duximus, cum Sermus Filius noster plenam ætatem adeptus, iure dominandi et gubernatione debita tam in Regno quam in reliquis Dominijs potietur. Eam tamen diligentem Altum suarum sedulitatem, et debiti præstandi uigilantiam, nos et nunc gratam habuimus et deinceps semper acceptam una cum Sermo filio nostro habere uolumus In cuius rei fidem ac testimonium præsentes litteras scribi et signo nostro Regio obsignari fecimus Dat Cracouiæ Anno

1539

Contractus Matrimonialis inter liberos Sigismundi et Ferdinandi Regum

Nos Ioannes de Lathalicze Posnanien Andreas Critius Ploceñ Episcopi christophorus de Sydlowiecz, in Sedueczyelow et Magna Opatow Dominus Castellanus et Capitaneus Cracouieñ gratis, ac Regni Poloniæ Cancellarius. Nec non Siradieñ Sochaczouieñ, Gostineñ, Nouæ Ciuitatis Chorczin et Lukouieñ Capitaneus. Andreas Comes de Thanczyn Pallatinus Cracouieñ et Belsen Kathwen, chelmeñ et Crasnostawieñ Capitaneus Ioannes Comes de Tharnow, Pallatinus Russiæ et Sandomirieñ ac exercituum Regni Poloniæ generalis Capitaneus et Ioannes Choienski Decretorum Doctor, Præpositus Posnanieñ et Archidiaconus Cracouieñ ac Sacræ Mtis Regiæ primarius Secretarius Sermi Domini Dni Sigismundi Primi Dei Gratia Regis Poloniæ, Magni Ducis Lithuaniæ Russiæ totiusque Prussiæ Masouiæque etc Domini et hæredis Dni nostri Clementissimi, Consiliarij oratores et mandatarij ad Conuentum Posnanieñ designati Vniuersis et singulis præsentibus et futuris harum serie litterarum significamus, et notum facimus, quod cum ex commissione et mandato præfati Sermi Dni Regis nostri ad Festum Sancti Michaelis in Ciuitate Regia Posnanieñ, cum Oratoribus Sermi Principis et Dni Domini Ferdinandi Dei Gratia Vngariæ et Bohemiæ Regis infantis Hispaniarum Archiducis Austriæ Ducis Burgundiæ etc Marchionis Morauiæ et Comitis Tirolis uidelicet Rmo Principe Domino Episcopo Wratislauieñ et Magnificis Sigismundo de Herbestein in Clam, et Doctore Beato præfecto Herbensi, simul et cum oratoribus Illustrissimi Domini Georgij Ducis Saxoniæ uidelicet Rmo Domino Ioanne Episcopo

Misneñ, et Magnifico Simone pistoris Doctore Præfati Illustrissimi Domini Ducis Cancellario mutua iuxta desideria, uota et instructiones Regum et Ducis præfatorum conuenissemus ad tractandum et concludendum super affinitate inter Sermos Reges præfatos et de matrimonio liberorum Maiestatum suarum cum plenis et sufficientibus Commissionibus instructionibus et mandatis Regum prædictorum respectiue post multas propositiones allegationes et amicas consiliorum et rationum inter nos collationes et Tractatus uigore præfatorum mandatorum plenorum et sufficientium Regum nostrorum medio præfatorum dominis Ducis Georgij Consiliariorum et oratorum Nos uidelicet Sermi Regis Sigismundi præfati Consiliarij et oratores prædicti cum prænominatis Sermi Domini Regis Ferdinandi Consiliarijs et oratoribus de et super coniunctione matrimoniali et desponsatione liberorum prædictorum Regum nostrorum sub infrascriptis conditionibus clausulis pactis et panis interpositis concordauimus transegimus ac unanimi uoto et consilio conclusimus in hunc modum.

Inprimis quando Sermi Domini Regis Ferdinandi filia Illustrissima Domina Helizabeth septimum annum impleuerit præfati Sermi Reges tenebuntur nomine suorum liberorum contrahere sponsalia per uerba de futuro ubi commode ipsi conuenire mutuo posset et ita eis faciendum uisum foret Alioquin enim quando Conuentus Altum suarum fieri non posset tunc præfato Septennio expleto Sermus Dominus Rex noster Poloniæ tenebitur per oratores suos, nomine Sermi filij sui in loco quem Sermus Dominus Rex Ferdinandus designauerit, sponsalia per uerba de futuro cum Illma Domina Elisabetha filia Sermi Domini Regis Ferdinandi contrahere. Similiter Sermus Dominus Rex Ferdinandus tempore et loco per sua Mtem nominando obligatus erit contrahere sponsalia, per uerba de futuro ex parte et nomine filiæ suæ præfatæ consensu ipsius accedente, cum [illegible] oratoribus utriusque Sermi Regis Poloniæ ad hoc [illegible] missis Antequam tamen huiusmodi sponsalia de futuro [illegible] tenebitur uterque Regum [illegible] apud Sedem Apostolicam instare cum effectu [illegible] ad obtinendam dispensationem

super impedimento consanguinitatis nec non si commoditas utrorumque pa-
rentum et contrahentium tulerit ut etiam de eorum voluntate ante tempo-
ra à iure desuper statuta sponsalia tam de futuro quam [illegible] de præ-
senti libere contrahere valeant. Dumque filia Serenissimi Regis Ferdinandi ad ple-
nos pubertatis vel ut præmittitur per dispensationem obtentos et anticipatos
annos pervenerit tum invicem cum Filio Serenissimi Domini Regis Poloniæ Sigismun-
do secundo tenebuntur et debebunt sponsalia præfata ratificare et matri-
monium per verba de præsenti contrahere.

Porro Serenissimus Dominus Rex Ferdinandus debebit, tenebiturque præfatam Illustrissimam
Dominam Elisabeth filiam suam cum decenti et Regio apparatu, atque ornamentis
proprio sumptu pro tempore communibus votis designando Cracoviam mittere.

Obligabitur etiam Serenissimus Dominus Rex Ferdinandus eandem suæ Maiestatis filiam
providere dote centum Millium aureorum Hungaricalium auri puri boni
et iusti ponderis illiusque tertiam partem una cum traductione in manus
Officialium Serenissimi Regis Domini Sigismundi consignare et exsolvere, reliquas
autem duas partes infra annum et diem post consumationem matrimonij, citra
omnem dillationem. Maiestas Serenissimi Regis Ferdinandi dissolvet.

E converso Serenissimus Poloniæ Rex Dominus noster modernus, nomine Filij sui,
aut eo decedente Serenissimus Dominus Sigismundus secundus contra dotem seu dona-
tionem propter nuptias Illustrissimæ Dominæ Helisabeth conthorali suæ provi-
debit, assecurabit et inscribet in bonis Regni sui videlicet in Sandecz, Sanocz, Biecz [illegible]
[illegible] cum omnibus villis et adiacentibus pertinentibus universis summam Ducentorum
Millium Florenorum Ungaricalium

Cæterum hæc obligatio dotis et donationis propter nuptias quæ [illegible] ut supra
scriptum est, novæ Reginæ erit facta, post mortem Serenissimæ Bonæ Reginæ moder-
næ transferetur ad eas Civitates et Arces quæ sunt suæ Maiestati eadem [illegible] dotis
et donationis propter nuptias obligata et inscripta, dummodo tamen vel hæc
vel illa bona præfatæ Summæ Ducentorum Millium Florenorum Ungaricalium
atque præfato contractui sufficienter respondeant.

Posteaque vero sponsa ad sponsum sicut præmittitur deducta fuerit extunc
ante consumationem Matrimonij tenebitur sollenitèr et expressè heredi-
tatis tam maternæ quam paternæ sufficientem facere renuntiationem quam
firmabit et ratificabit Serenissimus Dominus Rex Sigismundus tanquam sponsus
suis literis et sigillo

Et quamvis sacrorum Canonum constitutionibus cautum sit ad matrimonia contrahen-
da [illegible] debere etiam poenis interpositis. Ne libertas quæ summa debet esse
in contrahendis matrimonijs ad necessitatem translata esse videatur Verum quum
ab alijs quoque Regibus et Principibus Christianis citra legum et canonum præiuditium
et indignitatem [illegible] contractibus huiusmodi poenam apponi solitum est. Et
proinde ad ratificationem eorum omnium, quæ supranominata sunt, et ne tracta-
tum tam sollenis expressio et opera utriusque Maiestatis in irritum convertatur
has conditiones contractus et conclusiones præscriptas Serenissimi Reges Ferdinan-
dus et Sigismundus Primus, eorumque liberi supranominati firmissime et inviola-
biliter tenere et observare debebunt et tenebuntur sub honore suo Regio, et pœ-
na Ducentorum Millium aureorum Ungaricalium per partem non facientem satis
conditionibus et clausulis supra descriptis parti tenere volenti sine ulla
recusatione cavilone aut quovis exquisito colore ad primam partis tenentis et
conditionibus parere volentis requisitionem solvendorum.

Pro maiori autem præsentis negotij affinitatis et futuri matrimonij cautela et se-
curitate, tenebuntur præfati Serenissimi Ferdinandus et Sigismundus Primus Reges pa-
rentes prædictorum liberorum suorum literis suis patentibus manu cuius libet
eorum seorsim subscriptis, et sigillo Regali communitis ea omnia quæ præsen-
et cum insertione præsentium de verbo ad verbum ratificare et approbare atque
se suosque liberos prænominatos ad explenda et perficienda omnia et singula
supra expressa sub verbo Regio ac pœna Ducentorum Millium aureorum Ungari-
calium prædictorum obligare.

Casu vero quo Serenissimi Reges nostri Sigismundus Pater et Sigismundus Filius eorundem [illegible]
[illegible] supra expressa, vel aliqua ex eis conditionem et clausulam adimple-
re et exequi noluerint, ac recusaverint, extunc mox [illegible] [illegible]
te ingenio et difficultate qualibet exclusa ad [illegible] Serenissimi Regis Fer-
dinandi aut [illegible] [illegible] [illegible]
Ducentorum Millium aureorum Ungaricalium solvere, et in manus [illegible] eorum qui
[illegible] requisitione huiusmodi cum pleno et sufficienti mandato ad Maiestatem suam venerint
numerare et reponere tenebitur et erit obligatus.

Quod si ipsi Serenissimi Reges nostri Poloniæ prædicti pœnam quam in non adimplendis
[illegible] transgressi incurrent solvere etiam neglexerint et recusaverint
[illegible] [illegible] deberet libera facultas Serenissimo Regi Ferdinando eiusque filiæ

prædictæ, Ducatus Provincias, Terras Ciuitates oppida castra Arces, Villas, tam Re-
gias quam alias quascunque spiritualium et Secularium subditorum [illegible]
in ditione et Dominijs Regni Poloniæ existium ad solutionem dictorum Ducentorum
Millium aureorum Vngaricalium arctare cogere immo bona omnia quæcunque [illegible]
sita in Regno Poloniæ consistentia mobilia et immobilia inuadere occupare et de[tin]-
nere tamdiu donec de prædictis Ducentis Millibus Aureorum Vngaricalium Regi [illegible]
Ferdinando aut eius filiæ satisfactum non fuerit, et in tali casu Serenissimi Reges nostri [illegible]
[illegible] et eorum posteri non debebunt neque etiam iuste poterunt prædicto Regi Ferdi-
nando aut ipsius filiæ resistere aut succensere et [illegible] uerbo uel facto [illegible]
se aut submissas personas publice uel occulte directe uel indirecte Sed Illustris
et filiæ eius propositum et actiones tales quascunque contra Serenissimos Reges nostros
Poloniæ, eorum posteros et Dominia ac subditos fecerint approbare commen-
dare et ratificare nulla arte dolo uel ingenio præmissis contrauenien[do] pactis
fœderibus contractibus et inscriptionibus ac pace communi Regnorum et terra-
rum in suo robore nihilominus remanentibus quibus per actiones quas
cunque præfati Domini Regis Ferdinandi aut eius filiæ [illegible]
huiusmodi Ducentorum Millium ut præmissum est intentatas et commissas non
poterit neque censebitur in aliquo derogatum esse.

Postremo si alter contrahentium ante consumationem matrimonij quod Deus auer-
tat moreretur tunc totus iste tractatus et conuentio cum omnibus suis attinentijs cum
mors omnia soluat penitus sit dissoluta.


Cæterum cum de donatione et munere Virginitatis nominatim exprimendo [illegible]
quem, matrimonio siue liberis soluto proprietas dotis et donationis propter nuptias
remanere, atque quibus pactis et conditionibus cum aliorum federum et conuentio-
num exceptione hæc affinitas stabiliri et firmari debeat inter nos conuenire
non potuerit [illegible] ad Serenissimum Regem [illegible] Poloniæ [illegible]
quis ambo Reges ante diem sponsalium de futuro contrahendorum concordabunt
et illos articulos absoluent. In quorum omnium fidem et [illegible]
nos [illegible] oratores exhibito oratoribus Serenissimi Regis Ferdinandi nostro [illegible]
et [illegible] Illustris-
simi [illegible] sigillis apposuimus Actum
et conclusum in Ciuitate Posnania [illegible] Sancti Martini Anno a [Nati]-
uitate M° D° XXX


Similes [illegible] per oratores [illegible] Regis Ferdinandi [illegible]
et sigillatæ mutatis duntaxat mutandis, datæ sunt oratoribus Poloniæ


Sigismundo Primo Regi Poloniæ Imbrahim Bassa sup[remus] Capi-
taneo

Magnus et excelsus, excelsus uerbo supra uerbum adiumento apud Deum in Pro-
phetiam, arx et turris assecutæ fidei et caput eius, quemadmodum Samsoudla-
pis, summus in prophetis tu es qui appellaris Machmet Mustapha, benedictio Dei
super te sit cum multis miraculis, quæ ex diuina concessione [illegible]
et super tuos quatuor sodales Abubeker omer osman Hali quorum omnium ani-
mabus illorum Deus ante omnes Sanctos misereatur.

Sultan magnus Imperator qui præmonstrat uiam populo et est Corona et thema
[illegible] umbra Dei in terris, Nigri albique maris Romaniæ Anato-
liæ






140+

